Datames Sohn bleibet gegen die Pisider; sein Schwiegervater gehet zu dem Feinde über.

Sed haec propter hiemale tempus [1] minus prospere procedebant. Audit, Pisidas [2] quasdam copias adversus se parare: filium eo Arsidaeum cum exercitu mittit. Cadit in proelio adolescens: proficiscitur eo pater non ita cum magna manu, celans, quantum vulnus accepisset, quod prius ad hostem pervenire cupiebat, quam de re male gesta fama ad suos perveniret, ne, cognita filii morte, animi debilitarentur militum [3]. Quo contenderat, pervenit, hisque locis castra ponit, ut neque circumiri multitudine adversariorum posset, neque impediri [4], quo minus ad dimicandum manum haberet expeditam. Erat cum eo Mithrobarzanes, socer ejus, praefectus equitum. Is, desperatis generi rebus, ad hostes transfugit. Id Datames ut audivit, sensit, si in turbam exisset [5], ab homine tam necessario [6] se relictum, futurum, ut ceteri consilium sequerentur [7]. In vulgus edit [8], suo jussu Mithrobarzanem profectum pro perfuga, quo facilius receptus [9] interficeret hostes: quare relinqui

1 Haec propter hiemale tempus minus prospere procedunt, der Winter hindert den glücklichen Fortgang dieser Unternehmungen.

2 Pisidas. — Nach andern war es ein persisches Heer.

3 Animi militum debilitantur, die Soldaten werden muthlos.

4 Neque impediri, quo minus ad dimicandum manum haberet expeditam, und immer freie Hand zum Schlagen hatte.

5 Si in turbam exisset, nämlich der Uebergang seines Schwiegervaters; — wenn es das Heer erführe.

6 Ab homine necessario relinqui, von einem nahen Verwandten verlassen werden.

7 Consilium sequi, dem Rathe (hier Beispiele) folgen.

8 In vulgus edit, er sprengte aus, ließ bekannt werden.

9 Receptus, si receptus, um, in dem Falle er aufgenommen würde, desto sicherer die Feinde niederzumachen.

eum non par esse, sed omnes confestim sequi. Quod si animo strenuo fecissent, futurum, ut adversarii non possent resistere, quum et intra vallum et foris [10] caederentur. Hac re probata, exercitum educit, Mithrobarzanem persequitur. Qui tantum quod [11] ad hostes pervenerat, Datames signa inferri jubet. Pisidae, nova re commoti [12], in opinionem adducuntur [13], perfugas mala fide compositoque [14] fecisse, ut recepti essent majori calamitati [15]: primum eos adoriuntur. Illi, quum, quid ageretur, aut quare fieret, ignorarent, coacti sunt cum eis pugnare, ad quos transierant, ab hisque stare [16], quos reliquerant. Quibus quum neutri [17] parcerent, celeriter sunt concisi [18]. Reliquos Pisidas resistentes Datames invadit, primo impetu pellit, fugientes persequitur, multos interficit, castra hostium capit. Tali consilio uno tempore et proditores perculit, et hostes profligavit: et, quod ad suam perniciem fuerat cogitatum [19], id ad salutem convertit [20]. Quo neque acutius ullius imperatoris cogitatum [21], neque celerius factum usquam legimus.

10 Intra vallum et foris, außerhalb der Linie, gegen Datames: und innerhalb gegen Mithrobarzanes.

11 Quod ad hostes, — simulac signa inferre, angreifen lassen; das Zeichen zu dem Angriffe geben.

12 Nova re commoti, staunend über diesen neuen Auftritt.

13 In opinionem adduci, auf die Gedanken kommen.

14 Perfugas mala fide, compositoque fecisse, die Ueberläufer hätten hinterlistig, und abgeredeter Maßen gehandelt.

15 Ut, recepti, majori etc., um durch ihre Aufnahme die Niederlage zu vergrößern.

16 A me stat, er ist auf meiner Seite.

17 Cum neutri, weder Datames, noch die Pisider schonten der Ueberläufer.

18 Hostes concidere, die Feinde niedermachen.

19 Quod ad perniciem fuerat excogitatum, was man zu seinem Untergange unternommen, ausgesonnen hatte.

20 Ad salutem convertere, zum Vortheile kehren.

21 Quod neque acutius etc., ich weiß keine That eines Feldherrn, welche klüger erdacht, und schneller ausgeführet war, als diese.

CAPUT VII.

Inhalt.

Skismas, Datames ältester Sohn, gehet zu dem Könige über; daher Zug der Perser gegen Datames.

Ab hoc tamen viro Scismas, maximo natu filius, desciit, ad regemque transiit, et de defectione patris detulit [1]. Quo nuntio Artaxerxes commotus, quod intelligebat, sibi cum viro forti ac strenuo negotium esse [2], qui, quum cogitasset, facere [3] auderet, et prius cogitare, quam conari, consuesset; Autophradatem in Cappadociam mittit. Hic ne intrare posset saltum, in quo Ciliciae portae [4] sunt sitae, Datames praeoccupare studuit. Sed tam subito copias contrahere non potuit. A qua re depulsus [5] cum ea manu, quam contraxerat, locum delegit talem, ut neque circumiretur ab hostibus, neque praeteriret adversarius, quin ancipitibus locis premeretur [6]: et, si dimicare cum eo vellet, non multum obesse [7] multitudo hostium suae paucitati posset.

1 De defectione patris detulit, er machte die Anzeige von seines Vaters Abfalle.
2 Mihi tecum negotium est, ich habe mit dir zu thun.
3 Facere, — conari, ausführen, unternehmen.
4 Ciliciæ portæ, zwischen Kappadokien und Kilikien machte der Tauros und Amanos enge Päſſe, welche Autophradates durchziehen mußte. — Alexander paſſirte ſie ebenfalls.
5 A qua re depulsus, er mußte dieses Vorhaben aufgeben.
6 Ancipitibus locis premi, von zwei Seiten gedrängt werden.
7 Multitudo hostium non multum obest nostræ paucitati, die feindliche Uebermacht kann unserer geringen Macht nichts anhaben.

CAPUT VIII.

Inhalt.

Datames schlägt den gegen ihn anrückenden Autophradates, und macht Friede.

Haec etsi Autophradates videbat, tamen statuit congredi [1], quam cum tantis copiis refugere, aut tam diu uno loco sedere [2]. Habebat barbarorum equitum viginti, peditum centum millia, quos illi Cardacas [3] appellant, ejusdemque generis tria funditorum, praeterea Cappadocum octo, Armeniorum [4] decem, Paphlagonum quinque, Phrygum decem, Lydorum quinque, Aspendiorum [5] et Pisidarum circiter tria, Cilicum duo, Captianorum [6]

1 Tamen statuit, potius congredi etc. Er entschloß sich, lieber zu schlagen als ꝛc. Refugere, sich zurückziehen.

2 Diu uno loco sedere, lange müßig sitzen an einem Orte, still liegen; lange an einem Orte unthätig bleiben.

3 Die Kardaker machten den Kern der persischen Truppen aus; denn sie waren ganz abgehärtete Krieger, und hierzu von Jugend auf erzogen.

4 Armenien zwischen dem Kyros und den moschischen Gebirgen, dem Tauros, Kappadokien, dem Berge Massios und Kaspios, theilte sich später in zwei Reiche: Groß- und Kleinarmenien, deren Gränze der Euphrat bestimmte. Sechs große Flüsse Asiens entspringen hier: der Lykos, Phasis, Kyros, Tiger, Euphrat und Araxes. Der große Landsee Arisse oder Wan. Das Land war fruchtbar an Baumfrüchten und Getreide. Gute Pferdezucht. Hauptstadt: Artaxata. — Städte: Tigranozerta, Arsamosata.

Von der ältesten Geschichte Armeniens ist nichts bekannt; wahrscheinlich stand es unter auswärtiger Herrschaft, der Assyrer, Meder, Perser, Makedoner. Nach Alexander wurde es eine Provinz des syrischen Reiches. Nach Antiochs Niederlage theilten sich die Statthalter Artaxias und Zariadres in dasselbe; daher Groß- und Kleinarmenien, 190 vor Christus. Tigranes, König von Großarmenien, machte Eroberungen, und erhielt noch die syrische Krone. Die Römer schränkten ihn wieder ein. Seine Nachfolger blieben von den Römern abhängig. Von Kleinarmenien haben wir nur unbedeutende Nachrichten. Die Römer schalteten nach Tigranes Besiegung über diese Krone.

5 Aspender, aus Pamphilien, von der Stadt Aspenda.

6 Kaptianer, kennt niemand,

totidem, ex Graecia conductorum tria millia, levis armaturae maximum numerum. Has adversus copias spes omnis consistebat Datami in se, locique natura [7]. Namque hujus partem [8] non habebat vicesimam militum. Quibus fretus conflixit, adversariorumque multa millia concidit, quum de ipsius exercitu non amplius hominum mille cecidisset. Quam ob causam postero die tropaeum posuit [9], quo loco pridie pugnatum erat. Hinc quum castra movisset [10], semperque, inferior copiis [11], superior omnibus proeliis discederet, quod nunquam manum consereret [12], nisi quum adversarios locorum angustiis clausisset [13] (quod perito regionum [14], callideque cogitanti [15], saepe accidebat): Autophradates, quum bellum duci majore regis calamitate [16], quam adversariorum, videret, ad pacem amicitiamque hortatus est, ut cum rege in gratiam rediret. Quam ille etsi non fidam fore putabat [17], tamen conditionem accepit [18], seque ad Artaxerxem legatos missurum dixit. Sic bellum, quod rex adversus Datamem susceperat, sedatum [19]. Autophradates in Phrygiam se recepit.

wahrscheinlich Kaspianer, an den Küsten des kaspischen Meeres; oder der Name dieses Volkes hat sich verändert, oder war zu gering, um aufgezeichnet zu werden.

7 Spes omnis Datami consistebat in se, locique natura, Datames ganze Hoffnung bestand in ihm, und seiner vortheilhaften Stellung.

8 Namque hujus, nämlich magni numeri, oder Autophradatis.

9 Tropæum ponere, Siegeszeichen errichten.

10 Castra movere, mit dem Lager aufbrechen.

11 Copiis inferior, semper omnibus prœliis superior discessit, troz der Ueberlegenheit des Feindes blieb Datames allenthalben Sieger.

12 Manum conserere, sich schlagen, handgemein werden.

13 Hostem locorum angustiis claudere, den Feind in enge Pässe einschließen.

14 Peritus regionum, ein genauer Kenner der Gegenden.

15 Callide cogitare, listig seine Sache anlegen.

16 Majore regis calamitate zum größern Nachtheile des Königes.

17 Etsi gratiam non fidam haberet, obgleich Datames diese Aussöhnung nicht für dauerhaft (von Bestande) halten konnte.

18 Conditionem accipere, den Vorschlag annehmen.

19 Bellum sedare, den Krieg dämpfen.

CAPUT IX.

Inhalt:

Datames von Meuchelmördern umgeben, ziehet sich durch kluge Vorsicht aus der Gefahr.

At rex, quod implacabile odium [1] in Datamem susceperat, postquam bello eum opprimi non posse animadvertit, insidiis interficere [2] studuit, quas ille plerasque vitavit. Sicut [3] quum nunciatum esset, quosdam sibi insidiari, qui in amicorum erant numero [4]: (de quibus, quod inimici detulerant, neque credendum [5] neque negligendum putavit;) experiri voluit, verum falsumne esset relatum. Itaque eo profectus est, quo itinere futuras insidias dixerant. Sed elegit corpore ac statura simillimum sui [6], eique vestitum suum dedit, atque eo loco ire [7], quo ipse consueverat, jussit. Ipse autem ornatu vestituque militari [8] inter corporis custodes iter facere coepit. At insidiatores, postquam in eum locum agmen pervenit, decepti ordine atque vestitu [9], in eum faciunt impetum, qui suppositus erat [10]. Praedixerat autem his Datames, cum quibus iter faciebat, ut parati essent facere, quod ipsum vidissent. Ipse, ut concurrentes insidiatores animadvertit,

1 Inplacabile odium in aliquem suscipere, einen unversöhnlichen Groll (Haß) gegen Jemanden fassen.
2 Insidiis aliquem interficere, einen meuchelmorden.
3 Sicut, zum Beispiele.
4 Quosdam etc., qui in numero amicorum fuerant, einige, welche er für seine Freunde hielt.
5 Neque credendum neque etc., er wollte die Sache nicht geradezu als war annehmen, aber auch nicht als gleichgültig ansehen. Experiri, prüfen, Versuch anstellen.
6 Corpore et statura mihi similimus est, er hat an Körper und Größe die auffallendste Aehnlichkeit mit mir.
7 Eo loco ire, denjenigen Platz einnehmen.
8 Ornatus vestitu militari, die Kleidung eines gemeinen Soldaten tragen.
9 Decepti ordine et vestitu, getäuscht durch den Rang und Kleidung.
10 Aliquem supponere, einen unterschieben.

tela in eos conjecit. Hoc idem quum universi fecissent, priusquam pervenirent ad eum, quem aggredi volebant, confixi ceciderunt.

CAPUT X.

Inhalt.

Datames wird von Mithridates betrogen.

Hic tamen tam callidus vir extremo tempore captus est Mithridatis, Ariobarzanis filii, dolo [1]. Namque is pollicitus est regi, se eum interfecturum, si ei rex permitteret [2], ut, quodcumque vellet, liceret impune facere [3], fidemque de ea re more Persarum dextra dedisset [4]. Hanc ut recepit [5], a rege missam, copias parat, et absens amicitiam cum Datame facit, regis provincias vexat, castella expugnat, magnas praedas capit: quarum partem suis dispertit, partem ad Datamem mittit. Pari modo complura castella ei tradit. Haec diu faciendo persuasit homini, se infinitum adversus regem suscepisse bellum [6]; quum nihilo magis, ne quam suspicionem illi praeberet [7] insidiarum, neque colloquium ejus petivit [8], neque in conspectum venire studuit. Sic absens amicitiam gerebat [9], ut non beneficiis mutuis [10], sed odio cummuni, quod erga regem susceperant, contineri viderentur.

1 Dolo capi, überlistet werden.
2 Si ei — si sibi rex permitteret, wenn ihm der König die Versicherung gäbe.
3 Impune facere, ungestraft handeln.
4 Fidem dextra dare, sein Wort durch den Handschlag bekräftigen; (der Handschlag galt bei den Persern sehr viel.)
5 Hanc ut accepit, a rege missam, weil Mithridates nicht gegenwärtig war, so brachte ein Unterhändler ihm des Königs Handschlag. (Dieses galt ebenfalls.)
6 Infinitum bellum, ewiger Krieg.
7 Suspicionem alicui præbere, einem Verdacht einflößen.
8 Neque colloquium ejus petivit, er verlangte ihn nicht zu sprechen.
9 Amicitiam gerere, Freundschaft halten, beweisen.
10 Ut non beneficiis mutuis etc., so, daß nicht wechselseitige Gefälligkeiten, sondern gemeinschaftlicher Haß gegen den König sie zu vereinigen schien.

CAPUT XI.

Inhalt.

Datames Tod.

Id [1] quum satis se confirmasse arbitratus est, certiorem facit Datamem, tempus esse, majores exercitus parari, et bellum cum ipso rege suscipi [2]: deque ea re [3], si ei videretur, quo loco vellet in colloquium veniret. Probata re [4], colloquendi tempus sumitur [5], locusque, quo conveniretur. Huc Mithridates cum uno, cui maximam habebat fidem, ante aliquod dies venit, compluribusque locis separatim gladios obruit [6], eaque loca diligenter notat [7]. Ipso autem colloquendi die utrique, locum qui explorarent [8], atque ipsos scrutarentur, mittunt. Deinde ipsi sunt congressi [9]. Hic quum aliquamdiu in colloquio fuissent, et diversi discessissent, jamque procul Datames abesset; Mithridates, priusquam ad suos perveniret, ne quam suspicionem pareret [10], in eumdem locum revertitur, atque ibi, ubi telum erat impositum [11], resedit,

1 Id, — amicitiam, da er Datames von seiner Freundschaft völlig überzeugt zu haben glaubte.

2 Bellum cum ipso rege suscipi; — suscipiendi; so wie vorher parandi; den Krieg gegen den König selbst zu beginnen; — bisher hatte er nur in den Provinzen geplündert.

3 De qua re etc., deswegen möchte er, wenn er es für gut befände, einen Ort zur Unterredung nach seinem Gefallen bestimmen.

4 Probata re. Datames rem probavit. Er war damit zufrieden.

5 Tempus et locum colloquendi sumere, Zeit und Ort zu einer Unterredung bestimmen.

6 Gladios obruere, Degen in die Erde verstecken.

7 Loca notare, die Stellen bezeichnen.

8 Locum explorare, den Ort in Augenschein nehmen, besichtigen.

9 Congredi, zusammentreten.

10 Suspicionem parere, Verdacht erregen.

11 Ubi telum erat impositum, wo der Dolch (Degen) verborgen lag.

ut si a lassitudine cuperet acquiescere [12]: Datamemque revocavit, simulans, se quiddam in colloquio esse oblitum. Interim telum, quod latebat, protulit [13], nudatumque vagina [14] veste texit, ac Datami venienti ait, digredientem se [15] animadvertisse locum quemdam, qui erat in conspectu, ad castra ponenda esse idoneum. Quem quum digito demonstraret [16], et ille conspiceret, aversum [17] ferro transfixit [18], priusque, quam quisquam posset succurrere, interfecit. Ita ille vir, qui multos consilio, neminem perfidia ceperat [19], simulata captus est amicitia [20].

12 A lassitudine acquiescere, von seiner Müdigkeit ausruhen.

13 Telum proferre, den Dolch hervorziehen.

14 Vagina ensem nudare, den Degen ziehen; — gladius vagina nudatus, der bloße Degen.

15 Se digredientem etc., er habe bei dem Fortgehen ꝛc.

16 Digito monstrare, mit dem Finger zeigen, hindeuten.

17 Aversum, retro, rücklings, quum aversus esset, da er den Rücken kehrte.

18 Aliquem ferro transfigere, einen durchbohren.

19 Perfidia aliquem capere, einen durch Meineid besiegen.

20 Simulata amicitia capi, als ein Opfer verstellter Freundschaft zu Grunde gehen.

XV.

EPAMINONDAS.

CAPUT I.

Inhalt.

Epaminondas Abkunft. Bemerkungen über die Sitten der Griechen.

Epaminondas, Polymni filius, Thebanus. De hoc priusquam scribamus, haec praecipienda [1] videntur lectoribus, ne alienos mores [2] ad suos referant; neve ea, quae ipsis leviora sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrentur. Scimus enim, musicen nostris moribus abesse [3] a principis persona; saltare vero etiam in vitiis poni [4], quae omnia apud Graecos et grata et laude digna ducuntur. Quum autem exprimere imaginem consuetudinis atque vitae [5] velimus Epaminondae, nihil videmur debere praetermittere, quod pertineat [6] ad

1 Hæc præcipienda mihi videntur, ich muß meiner Meinung nach dieses vorausschicken.

2 Alienos mores ad suos referre, ausländische Sitten nach den seinigen beurtheilen. Nepos beziehet sich hier auf seine Vorrede.

3 Musicen nostris moribus abesse a persona principis, — alienam esse a dignitate p. daß sich Musik nach unsern Gewohnheiten für einen Mann vom Range nicht schicke.

4 In vitiis poni, für Laster (erniedrigend) angesehen werden.

5 Imaginem consuetudinis et vitae alicujus exprimere, den Charakter und das Leben eines Mannes entwerfen.

6 Quod pertineat ad eam declarandam, was dasselbe deutlich machen kann.

eam declarandam. Quare dicemus primum de genere ejus; deinde quibus disciplinis [7], et a quibus sit eruditus; tum de moribus ingeniique facultatibus [8], et si qua alia digna memoria erunt; postremo de rebus gestis, quae a plurimis omnium anteponuntur virtutibus.

7 Quibus disciplinis etc., in welchen Wissenschaften, und von wem ꝛc. er unterrichtet worden sei.

8 Ingenii facultates, Fähigkeiten, Talente.

CAPUT II.

Inhalt.

Epaminondas Jugend und Erziehung.

Natus igitur patre [1], quo diximus, honesto genere: pauper jam a majoribus relictus [2]. Eruditus autem sic [3], ut nemo Thebanus magis. Nam et citharizare, et cantare ad chordarum sonum doctus est a Dionysio [4], qui non minore fuit in musicis gloria, quam Damon aut Lamprus [5], quorum pervulgata sunt nomina: carmina cantare tibiis ab Olympiodoro; saltare a Calliphrone. At philosophiae praeceptorem habuit Lysim [6], Tarenti-

1 Natus igitur patre etc. Er war (wie ich bereits gesagt habe) der Sohn eines Mannes von angesehener, aber dürftiger Familie.

2 Pauper a majoribus relinqui, von seinen Vorfahren nichts erben.

3 Eruditus autem etc., doch, — indessen erhielt er doch eine Erziehung ꝛc.

4 Dionys soll ein lyrischer Dichter gewesen sein. Bestimmtes weiß man von ihm nichts.

5 Damon und Lampros, zwei große, und in gewissen Hinsichten merkwürdige Tonkünstler. Der erste konnte Betrunkene nüchtern musiziren; der zweite trank keinen Wein.

6 Lysis von Tarent, (aus Italien), ein Pythagoräer.

Pythagoras, 500 vor Christus, auf Samos geboren, erhielt eine treffliche Erziehung; in dem achtzehnten Jahre errang er den Preis in den olympischen Spielen, ging alsdenn auf Reisen nach Phönikien, Aegypten, Indien, und lernte bei den Braminen und Magiern; — lehrte bei seiner Zurückkunft in einer

num, Pythagoreum: cui quidem sic fuit deditus,

Höhle bei Samos, und begab sich von da 540 nach Kroton in Unteritalien.

Hier wurde er ausgezeichnet aufgenommen. Sein angenehmer und gefälliger Umgang, seine einfache und geschmackvolle Kleidung, sein gebildeter Geist, sein gutes Herz, seine wohlklingende Sprache, und eindringende Beredsamkeit zogen jedes Geschlecht, Alter und jeden Stand zu seinem Lehrstuhle.

Der Zwek seiner Lehre war die Begründung der Volksglückseligkeit durch Weisheit und Tugend; daher die Einführung wohlgeordneter Aristokratien durch seine Jünger, und er als Meister an der Spitze.

Bei dem pythagoräischen Bunde waren zu bemerken:

1) Die Aufnahme. Fünf Jahre wurde der Kandidat geprüfet. Er mußte verschwiegen sein, — (nicht stillschwiegen.) Bei dem zweiten Grade mußte er einen Theil seines Vermögens in die Bundeskasse geben. Unwürdige wurden ausgestoßen.

2) Die Kleidung; diese bestand aus feiner, weißer Leinwand mit Purpurstreifen.

3) Tagesordnung:

a) Vormittags, Sammlung des Gemüthes in Hainen; Stimmung zu Geschäften durch Leier und Gesang; gemeinschaftliche Uebungen des Geistes und des Körpers.

b) Mittags: einfaches Mahl, und nur üppige Tafeln zum Anschauen.

c) Nachmittags. Berufsgeschäfte.

d) Abends: gemeinschaftliche Spaziergänge. Hauptmahlzeiten nach Sonnenuntergange. Ausnahme einiger Speisen. 10 Brüder an einer Tafel, der älteste leitet das Tischgespräch, der jüngste liest vor. Bei dem Schlafengehen: Gesang und Leier.

4) Grundsätze: a) Sittenlehre: Sei mäßig in dem Essen und Trinken; verehre die Gottheit; sei dankbar gegen deine Eltern, treu in der Freundschaft, versöhnlich gegen Feinde; zerstöre keine unschädliche Thiere oder Pflanzen u. s. w. b) Staatslehre: ächte Aristokratie. c) Arznei durch Entzauberung und Musik. —

Die Arithmetik wurde Wissenschaft; — die Musik nach Regeln geordnet. — Denksprüche, geheime Schrift- und Zeichensprache.

Dieser Bund fand überall warme Anhänger in Italien, Sizilien, selbst in Griechenlande, auf den Inseln und in Kleinasien. Griechische Fürsten wurden Mitglieder, und Damen ahmten die Lebensweise und Grundsätze nach. Pythagoras, der Göttliche, (αυτος εφα) leitete von Kroton das Ganze, und seine Lehre wirkte für jene Zeit wohlthätig. Allein 510 vor Christus warf sich Telys von Sybaris zum Herrscher auf, und vertrieb 500 Republikaner. Diese suchen nun Hilfe in Kroton. Sybaris wird

ut adolescens tristem et severum senem [7] omnibus aequalibus suis in familiaritate anteposuerit: neque prius eum a se dimiserit, quam in doctrinis tanto antecesserit condiscipulos [8], ut facile intelligi posset, pari modo superaturum omnes in ceteris artibus. Atque haec ad nostram consuetudinem sunt levia, et potius contemnenda; at in Graecia utique olim magnae laudi erant. Postquam ephebus factus est [9], et palaestrae dare operam [10] coepit, non tam magnitudini virium [11] servivit, quam velocitati: illam enim ad athletarum usum, hanc ad belli existimabat utilitatem pertinere. Itaque exercebatur plurimum currendo et luctando ad eum finem [12], quoad stans complecti posset, atque contendere. In armis plurimum studii consumebat [13].

zerstöret. Kylon, ein reicher, unsittlicher Bürger und Feind der Pythagoräer, macht bei Vertheilung der sybarischen Güter einen Aufruhr gegen dieselben, und wüthet mit Feuer und Schwerte. Pythagoras muß sich flüchten, er starb 80 Jahre alt, 490 vor Christus in Metapont. Seine Schüler, Archytas in Tarent, und Lysis in Theben, verdienen bemerkt zu werden.

7 Severum senem aequalibus suis in familiaritate anteponere, lieber mit den strengen Greisen, als mit Jünglingen gleichen Alters umgehen.

8 Doctrina condiscipulos antecedere, seine Mitschüler an Kentnissen übertreffen.

9 Postquam ephebus factus est, erwachsen. (Dieses war in dem 14ten Jahre.)

10 Palaestrae operam dare, die Palästra besuchen. Die griechische Erziehung hatte das Schöne, daß sie Körper und Geist zu üben und zu veredlen strebte. Leider wird das erste bei unserer Erziehung entweder vernachlässiget, oder auffallend übertrieben.

11 Non tam magnitudini virium, quam velocitati servire, sich mehr auf die Gewandtheit, als auf die Stärke des Körpers verlegen.

12 Ad eum finem etc., so lange, als er seinen Gegner stehend packen, und mit ihm kämpfen konnte.

13 Plurimum studii in armis consumere, seine größte Anstrengung auf Waffenübungen verwenden.

CAPUT III.

Inhalt.

Epaminondas Charakter.

Ad hanc corporis firmitatem plura etiam animi bona accesserant. Erat enim modestus, prudens, gravis, temporibus sapienter utens [1], peritus belli, fortis manu, animo maximo; adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur; idem continens, clemens, patiensque admirandum in modum; non solum populi, sed etiam amicorum ferens injurias [2]; inprimisque commissa celans [3], (quod interdum non minus prodest, quam diserte dicere), studiosus audiendi: ex hoc enim facillime disci arbitrabatur. Itaque quum in circulum venisset [4], in quo aut de republica disputaretur [5], aut de philosophia sermo haberetur, numquam inde prius discessit, quam ad finem sermo esset adductus [6]. Paupertatem adeo facile perpessus est [7], ut de republica nihil praeter gloriam ceperit. Amicorum in se tuendo caruit facultatibus [8]; fide ad alios sublevandos saepe sic usus est, ut possit judicari, omnia ei cum amicis fuisse communia. Nam quum aut civium suorum aliquis ab hostibus esset captus [9], aut virgo amici nubilis propter pauperta-

1 Temporibus sapienter uti, sich klug in die Zeit schicken.
2 Injurias ferre, nämlich aequo animo, Unbilden gleichgiltig ertragen.
3 Commissa celare, Geheimnisse bewahren.
4 In circulum venire, in Gesellschaft kommen.
5 Disputare, sermonem habere de aliqua re, über etwas reden, sich unterhalten. rc.
6 Sermonem ad finem perducere, das Gespräch endigen.
7 Paupertatem facile perpeti, den Druck der Armuth nicht fühlen.
8 Amicorum in se tuendo caruit facultatibus, zu seinem Unterhalte benützte er nie das Vermögen seiner Freunde. Statt usus est etc.
9 Virginem collocare, ein Mädchen ausstatten.

tem collocari non posset, amicorum concilium habebat [10], et quantum quisque daret [11], pro cujusque facultatibus imperabat: eamque summam [12] quum fecerat, priusquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quaerebat, ad eos, qui conferebant, eique ut ipsi numerarent, faciebat, ut ille, ad quem ea res perveniebat, sciret, quantum cuique deberet.

10 Concilium amicorum habere, seine Freunde zusammenrufen.

11 Et quantum quisque daret etc., und bestimmte, wie viel ein jeder nach seinem Vermögen beitragen sollte. Imperare heißt hier nicht befehlen; cujusque fehlet in mehreren Handschriften. — Sein Vorschlag galt, seines Ansehens gemäß, seinen Freunden für Befehl.

12 Eamque summam etc., war das Geld aufgebracht.

CAPUT IV.

Inhalt.

Epaminondas läßt sich nicht bestechen.

Tentata autem ejus est abstinentia [1] a Diomedonte, Cyziceno [2]. Namque is rogatu Artaxerxis [3] Epaminondam pecunia corrumpendum susceperat [4]. Hic

1 Tentata autem ejus est abstinentia, seine Uneigennützigkeit wurde auf die Prüfung, — Probe gestellt.

2 Diomedon von Kyzikos.

3 Rogatu Artaxerxis — Mnemonis, Artaxerxes II. suchte nämlich zwischen Sparta, Athen, Theben 2c., den Frieden herzustellen, um sich ihrer Hilfe gegen die Aegypter zu bedienen. Es gelang ihm bei Sparta und Athen; nur Theben weigerte sich auf Epaminondas Betreiben: 1) weil es die böotischen Städte frei geben sollte, und 2) weil Sparta Messenien nicht seinen alten Bewohnern einräumen wollte 2c. Der Perser-König suchte nnn Epaminondas zu bestechen, aber vergebens. — Unrichtig ist daher die Angabe, Artaxerxes habe dadurch Theben gegen Sparta zu dem Kriege zu reizen gesucht.

4 Aliquem pecunia corrumpendum suspieere, die Bestechung eines Mannes übernehmen.

magno cum pondere auri [5] Thebas venit, et Micythum, adolescentulum, quinque talentis ad suam perduxit voluntatem [6], quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus [7] Epaminondam convenit, et causam adventus Diomedontis ostendit. At ille, Diomedonte coram: «Nihil, inquit, opus «pecunia est [8]. Nam, si ea rex vult, quae Thebanis «sint utilia, gratis facere sum paratus: sin autem «contraria, non habet auri atque argenti satis. «Namque orbis terrarum divitias accipere nolo pro «patriae caritate [9]. Te [10], quod me incognitum «tentasti, tuique similem existimasti, non miror, «tibique ignosco, sed egredere propere, ne alios «corrumpas, quum me non potueris. Tu, Micy-«the, argentum huic redde: nisi id confestim facis, «ego te tradam magistratui.» Hunc Diomedon quum rogaret, «ut tuto exire, suaque, quae attulisset, «liceret effere:» istud, inquit, faciam; neque tua causa, sed mea, ne, si tibi sit pecunia ademta, aliquis [11] dicat, id ad me ereptum pervenisse, quod delatum accipere noluissem.» A quo quum quaesisset, quo se deduci vellet, et ille, Athenas, dixisset, praesidium dedit, ut eo [12] tuto perveniret: neque vero id satis habuit, sed etiam ut inviolatus in navem ascenderet [13], per Chabriam, Atheniensem, de quo supra mentionem fecimus, effecit. Abstinentiae erit hoc satis testimonium. Plurima quidem proferre possemus, sed modus adhibendus

5 Magnum pondus auri, eine große Geldsumme.

6 Aliquem ad voluntatem suam perducere, einen auf seine Seite bringen.

7 Micythus — convenit, ostendit, dixit, Mikythos ging zu Epaminondas, und sagte ihm ꝛc.

8 Pecunia mihi non opus est, ich bedarf keines Geldes.

9 Pro caritate patriae etc., mein Vaterland ist mir nicht um alle Schätze der Welt feil.

10 Te, — Diomedontem, nämlich; Andre haben Tu.

11 Ne — aliquis — nequis dicat si etc., damit man, wenn dir allenfalls das Geld abgenommen werden sollte, nicht sage: ich hätte dasjenige mit Gewalt an mich gebracht, was ich gutwillig nicht annehmen wollte.

12 Eo fehlet in einigen Handschriften.

13 In navem ascendere, sich zu Schiffe begeben.

est [14]: quoniam uno hoc volumine vitam excellentium virorum complurium concludere constituimus, quorum [15] separatim multis millibus versuum complures scriptores ante nos explicarunt.

14 Modum adhibere, Maaß halten, sich beschränken.
15 Quorum, nämlich vitam etc., separatim, in besondern Abhandlungen.

CAPUT V.

Inhalt.

Epaminondas treffende Antworten auf Meneklidas Vorwürfe.

Fuit etiam disertus, ut nemo ei Thebanus par esset eloquentia: neque minus concinnus [1] in brevitate respondendi, quam in perpetua oratione ornatus [2]. Habuit obtrectatorem Meneclidam [3] quemdam, indidem Thebis, et adversarium in administranda republica, satis exercitatum in dicendo, ut Thebanum scilicet [4]. Namque illi genti plus inest virium [5], quam ingenii. Is, quod in re militari florere [6] Epaminondam videbat, hortari solebat Thebanos, ut pacem bello anteferrent [7], ne illius imperatoris opera desideraretur [8]. Huic ille, « fallis, » inquit, « verbo cives tuos, quod hos a bello avocas [9]: otii enim nomine [10] servitutem concilias.

1 Concinnus in brevitate respondendi, kurze und treffende Antworten geben.
2 Perpetua oratio, eine große Rede; er hatte Anmuth in anhaltenden Reden.
3 Meneklidas, ein thebanischer Redner.
4 Ut Thebanum scilicet, so weit es ein Thebaner hierin bringen kann.
5 Namque illi genti etc., denn die Böotier hatten mehr Körper- als Geistes-Kräfte.
6 In re militari florere, sich durch Kenntnisse in dem Kriegswesen auszeichnen.
7 Pacem bello anteferre, den Frieden dem Kriege vorziehen.
8 Operam alicuius desiderare, die Dienste eines Mannes nöthig haben.
9 A bello avocare, von dem Kriege abhalten.
10 Otii nomine servitutem consilias, unter dem Namen Ruhe stürzest du sie in Sklaverei.

Nam paritur pax bello [11]. Itaque, qui ea diutina volunt frui [12], bello exercitati esse debent. Quare si principes Graeciae esse vultis, castris est vobis utendum [13], non palaestra.» Idem ille Meneclidas quum huic objiceret, quod liberos non haberet, neque uxorem duxisset; maximeque insolentiam, quod sibi Agamemnonis [14] belli gloriam videretur consecutus. «At, ille, desine, inquit, Meneclida, de uxore mihi exprobrare: nam nullius in ista re minus uti consilio volo (habebat enim Meneclidas suspicionem adulterii [15].) Quod autem me Agamemnonem aemulari [16] putas, falleris. Namque ille cum universa Graecia vix decem annis unam cepit urbem [17], ego contra ea ex una urbe nostra dieque uno [18] totam Graeciam [19], Lacedaemoniis fugatis, liberavi.»

11 Paritur pax bello, Friede wird nur durch Krieg errungen.

12 Qui pace diutina frui volunt etc., wer lange den Frieden genießen will, muß ein geübter Soldat sein.

13 Castris utendum vobis, non palaestra, dann müßt ihr in das Feld, nicht auf die Paläſtra.

14 Agamemnon, Atreus, Königes von Argos und Mykene Enkel, wurde zum Oberfeldherrn der vereinigten Griechen gegen Troja beſtimmt. Er bekam, während der Belagerung Trojens, mit Achilles Streit, und dieſer zog ſich daher zurück. Viele Unglücksfälle zwangen die griechiſchen Anführer, Achill wieder in das Heer zurückzubringen. Troja wird endlich, 1180 vor Chriſtus, mit Liſt und Sturme, nach 10jähriger Belagerung, erobert. Agamemnon wurde, bei ſeiner Zurückkunft nach Argos, von ſeiner Gemahlin Klytemneſtra, und ihrem Günſtlinge Aegiſth, ermordet. Sein Sohn Oreſt rächte dieſen Mord. (Oreſt und Pylades.)

15 Suspicionem habere alicujus rei, einer Sache wegen im Verdachte ſtehen.

16 Aemulari cum aliquo, mit einem wetteifern.

17 Unam urbem, nämlich Ilion, oder Troja.

18 Uno die, durch die Schlacht bei Leuktra in Böotien, den 8. Julius 371 vor Chriſtus.

19 Totam Graeciam, ganz Griechenland ſeufzte, nach dem Siege der Spartaner bei Aegos Potamos, unter dem ſpartaniſchen Drucke.

CAPUT VI.

Inhalt.

Epaminondas Vertheidigung gegen die Vorwürfe eines Atheners.

Idem quum in conventum venisset Arcadum, petens [1], ut societatem cum Thebanis et Argivis [2] facerent; contraque Callistratus, Atheniensium legatus, qui eloquentia omnes eo praestabat tempore, postularet, ut potius amicitiam sequerentur Atticorum; et in oratione sua multa invectus [3] esset in Thebanos et Argivos, in eisque hoc posuisset [4], animadvertere debere Arcadas, quales utraque

1 Petens, er ersuchte sie.

2 Argolis, in dem Peloponnese, die östliche Halbinsel, 16 Meilen lang, 2—7 breit. Flüsse: Inachos, Kephissos. Städte: Argos, Mykenä, Tiryns, Nemea. Argolis war der älteste Wohnsitz der Pelasger (mit Arkadien), welche Inachos gegen 1900 vor Christus hierher führte. Unter seinen Nachkommen sind mythologisch berühmt: Phoroneus, Argos (von diesem der Name), und Gelanor, welchen Danaos, Anführer einer ägyptischen Kolonie, vertrieb.
Von den Danaiden theilen Prötos und Akrisios das Reich. Der erstere behält Argos. Der zweite stiftet Tiryns; Perseus, Akrisios Enkel, der Danae Sohn, tödtet seinen Großvater, und vertauschet Tiryns gegen Argos von Megapenthes. Nachkommen desselben waren: Adrast, Aegialeus und Diomedes. Orest, König von Mykenä, eroberte Argos. Der Sohn desselben, Thisamenes, wurde von den Herakliden vertrieben, 1100 vor Christus. Tiryns kam an Perseus Sohn Alkäos; — Amphitruo und sein Stiefsohn Herakläs; (Mythen von Herakläs). Euristheus vereinigte Tiryns mit Mykenä. Pelops landet; seine Söhne, Atreus und Thyestes, bemächtigen sich der argivischen Reiche. Agamemnon, Anführer vor Troja, ermordet. Sein Sohn Orest herrschet über Mykenä, Argos und Sparta. Orest's Söhne, Thisamenes und Penthilos, von den Herakliden vertrieben, 1100.
Gegen 1000 errichteten die argivischen Städte mehrere Freistaaten, welche unter sich zusammenhingen. Später kam dieser Staat, wie die übrigen Griechenlandes, unter makedonische, und zulezt unter römische Herrschaft.

3 Multa invehi in aliquem, viele Ausfälle (in Worten) auf einen machen.

4 In eisque hoc posuisset, und unter andern sagte.

civitas cives procreasset, ex quibus de ceteris [5] possent judicare; Argivos enim fuisse Orestem [6] et Alcmaeonem [7], matricidas: Thebis Oedipum natum [8], qui, quum patrem suum interfecisset, ex matre liberos procreasset. Hic in respondendo Epaminondas quum de ceteris perorasset, postquam ad illa duo opprobria pervenit, admirari se, dixit, stultitiam rhetoris attici [9], qui non animadverterit, innocentes illos natos domi [10], scelere admisso [11], quum patria essent expulsi, receptos esse ab Atheniensibus. Sed maxime ejus eloquentia

5 Ex quibus de ceteris etc., von welchen sie auf die übrigen schließen könnten.

6 Orest, Agamemnons Sohn, welcher von seiner Schwester Elektra, um ihn gegen die Mutter und den Günstling Aegisth zu schützen, nach Phokis, zu dem Vetter Strephios gebracht worden war, ermordete mit seinem Freunde Pylades seine Mutter und Aegisth; daher Reue und Furien. Das Orakel befahl ihm, Artemisen's Bildniß aus Taurien nach Griechenlande zu holen. Gefahr, Großmuth, Freiheit der beiden Freunde.

7 Alkmäon, Amphiaraos Sohn, und der Euriphyle, Tideus Schwester, mußte, auf Befehl seines Vaters, seine Mutter ermorden; weil sie seinen Aufenthalt, auf Bestechung durch ein goldenes Armband, verrathen hatte. Amphiaraos wußte nämlich, daß er bei dem Kriege gegen Theben umkommen würde, und hatte sich desfalls verborgen.

8 Thebis Oedipum natum, Oedipus sei ein Thebaner gewesen.

Oedipus, des Königes Lajos von Theben und Jokaste Sohn, wurde von seinem Vater, auf die Erinnerung des Orakels, "er würde durch seinen "Sohn umkommen", ausgesetzt, aber gerettet, und in Korinth erzogen. Er löste das Räthsel der Sphinx, tödtete durch Zufall seinen Vater, und heirathete seine Mutter. Die Pest brachte Aufschluß und Reue. Er stach sich die Augen aus, und ging nach Athen, von seiner guten Tochter Antigone begleitet, welche ihn kindlich pflegte. Seine Söhne waren die uneinigen Eteokles und Polynikes, durch welche der Krieg der Epigonen, und die Zerstörung Thebens veranlaßt wurde. — Gegenstände der tragischen Muse.

9 Stultitia rhetoris attici, die Unwissenheit des attischen Sprechers.

10 Domi, — zu Argos und Theben.

11 Scelus admittere, ein Laster begehen.

eluxit [12] Spartae, legati ante pugnam leuctricam. Quo quum omnium sociorum convenissent legati, coram frequentissimo legationum conventu [13] sic Lacedaemoniorum tyrannidem coarguit, ut non minus illa oratione opes eorum concusserit [14], quam leuctrica pugna. Tum enim perfecit, quod post apparuit, ut auxilio sociorum [15] Lacedaemonii privarentur.

12 Sed maxime eluxit etc., in dem größten Glanze zeigte sich seine Beredsamkeit &c. — Legati ante pugnam leuctricam fehlet in den ältern Ausgaben.

13 Coram frequentissimo etc., er schilderte vor der sehr zahlreichen Versammlung der Gesandten der Spartaner Tyrannei so, &c.

14 Opes concutere Spartanorum, die Macht der Spartaner schwächen.

15 Auxilio sociorum privari, von seinen Bundesgenossen verlassen werden, keine Hilfe erhalten.

CAPUT VII.

Inhalt.

Epaminondas rettet großmüthig das thebanische Heer, muß sich aber wegen seiner über die bestimmte Zeit geführten Befehlshaberstelle rechtfertigen.

Fuisse patientem, suorumque injurias ferentem civium, quod se patriae irasci [1] nefas esse duceret, haec sunt testimonia. Quum eum propter invidiam cives praeficere exercitui noluissent, duxque esset delectus, belli imperitus, cujus errore [2] eo esset deducta illa multitudo militum, ut omnes de salute pertimescerent [3], quod, locorum angustiis clausi, ab hostibus obsidebantur: desiderari coepta [4] est Epaminondae diligentia. Erat enim ibi

1 Patriae irasci, nefas duxit, er hielt es für Unrecht, gegen sein Vaterland zu zürnen.

2 Cujus errore etc., durch dessen Versehen das Heer in eine solche Lage gebracht wurde.

2 De salute pertimescere, in Gefahr seyn; seiner Rettung wegen in Furcht sein.

4 Desiderari coepta est etc., man sehnte sich nach dem thätigen Epaminondas.

privatus [5], numero militis. A quo quum peterent opem [6], nullam adhibuit memoriam contumeliae [7], et exercitum, obsidione liberatum, domum reduxit incolumem. Neque vero hoc semel fecit, sed saepius. Maxime autem fuit illustre, quum in Peloponnesum exercitum duxisset adversus Lacedaemonios, haberetque collegas duos, quorum alter erat Pelopidas [8], vir fortis ac strenuus. Hic, quum criminibus adversariorum [9] omnes in invidiam venissent, ob eamque rem imperium his esset abrogatum [10], atque in eorum locum alii praetores successissent, Epaminondas populiscito non paruit, idemque ut facerent, persuasit collegis, et bellum quod susceperat, gessit. Namque animadvertebat, nisi id fecisset, totum exercitum propter praetorum imprudentiam inscientiamque belli periturum. Lex erat Thebis [11], quae morte multabat, si quis imperium diutius retinuisset [12], quam lege praefinitum foret [13]. Hanc Epaminondas, quum reipublicae conservandae causa latam [14] videret, ad perniciem civitatis conferre [15] noluit, et quatuor mensibus diutius, quam populus jusserat, gessit imperium.

5 Privatus, absque imperio, ohne eine Stelle zu haben.

6 Opem ab aliquo petere, Hilfe von einem verlangen.

7 Memoriam contumeliae adhibere, an die erlittene Beschimpfung denken, sie anführen.

8 Pelopidas; von diesem Manne hören wir noch.

9 Criminibus adversariorum, durch die Verläumdungen der Gegner.

10 Alicui imperium abrogare, einem den Oberbefehl abfordern; (die Zeit ihrer Befehlshaberstelle war auch schon vorüber.)

11 Lex erat Thebis, quae etc., nach einem Gesetze zu Theben wurden ꝛc.

12 Imperium diutius retinere, die Befehlshaberstelle länger behalten.

13 Lege praefinire, durch ein Gesetz bestimmen.

14 Lex reipublicae conservandae causa lata est, das Gesetz wurde zur Erhaltung des Staates gemacht.

15 Ad perniciem conferre, zum Verderben anwenden (beitragen.)

CAPUT VIII.

Inhalt.

Epaminondas Vertheidigung vor Gerichte.

Postquam domum reditum est, collegae ejus hoc crimine accusabantur. Quibus ille permisit, ut omnem causam in se transferrent [1], suaque opera factum contenderent [2], ut legi non obedirent. Qua defensione illis periculo liberatis, nemo Epaminondam responsurum putabat, quod, quid diceret, non haberet [3]. At ille in judicium venit, nihil eorum negavit, quae adversarii crimini dabant [4], omniaque, quae collegae dixerant, confessus est, neque recusavit, quo minus legis poenam [5] subiret, sed unum ab iis petivit, ut in periculo suo [6] inscriberent: Epaminondas a Thebanis morte multatus est, quod eos coëgit apud Leuctra superare Lacedaemonios, quos ante se imperatorem nemo Boeotiorum ausus fuit adspicere in acie; quodque uno proelio non solum Thebas ab interitu retraxit [7], sed etiam universam Graeciam in libertatem vindicavit [8]; eoque res utrorumque perduxit, ut Thebani Spartam oppugnarent [9]; Lacedaemonii satis haberent, si salvi esse possent; neque prius bellare destitit, quam, Mes-

1 Omnem causam in aliquem conferre, alle Schuld auf einen schieben.
2 Contenderent, sua etc., sie sollten geradezu sagen, er sei Schuld an ihrem Ungehorsame.
3 Quod, quid diceret, non haberet, weil man glaubte, er könnte nichts zu seiner Vertheidigung vorbringen.
4 Aliquid alicui crimini dare, einem etwas zur Last legen.
5 Legis poenam a lege constitutam subire, der gesetzmäßigen Strafe sich unterziehen, unterwerfen.
6 Periculum, — Protokoll; — Urtheil; — man sollte in sein Protokoll setzen.
7 Ab interitu retrahere, von dem Untergange retten.
8 In libertatem vindicare, in Freiheit setzen.
9 Nach der Schlacht bei Leuktra, wo der Spartaner König Kleombrotos, mit dem Kerne seiner Truppen blieb;

sene constituta [10], urbem eorum obsidione clausit. Haec quum dixisset, risus omnium cum hilaritate coortus est [11]; neque quisquam judex ausus est, de eo ferre suffragium [12]. Sic a judicio capitis maxima discessit gloria [13].

(daher in Sparta Jubel über die Gefallenen, und Wehklagen über die entkommenen Spartaner. Agesilaos: „heute sollen die Gesetze „schlafen“), fielen die Böotier 369 vor Christus in das spartanische Gebiet ein, wo man seit 400 Jahren keinen Feind, und kein Lager gesehen hatte. — Mit den Thebanern waren die Arkader, Argiver &c. vereiniget; ihr Heer 70,000 Mann stark.

10 Messene constituta, als bis Messene wieder hergestellt &c. Die Messener kehrten aus der Ferne wieder, uud baueten ein neues festes Messene auf die Trümmer des alten.

11 Risus omnium coortus est, alle lachten zusammen.

12 De aliquo suffragium ferre, seine Stimme (Urtheil) über einen geben.

13 Gloria a judicio discessit, Er gieng mit Ruhme aus dem Gerichte.

CAPUT IX.

Inhalt.

Epaminondas sieget und fällt bei Mantinea.

Hic extremo tempore [1] imperator apud Mantineam, quum acie instructa [2] audacius instaret hostes [3]; cognitus a Lacedaemoniis, quod in unius pernicie ejus patriae sitam putabant salutem [4], universi in unum impetum fecerunt, neque prius abscesserunt, quam magna caede facta [5], multisque occi-

1 Extremo tempore, zuletzt.

2 Aciem instruere, das Heer in Schlachtordnung stellen.

3 Hostes instare, in den Feind dringen, sich stürzen.

4 Salus patriae in te sita est., das Wohl des Vaterlandes beruhet auf dir.

5 Magnam caedem facere, eine große Niederlage anrichten, viele niedermachen; multis occisis könnte wohl ein unnöthiger Zusatz sein.

sis, fortissime ipsum Epaminondam pugnantem, sparo [6], eminus percussum, concidere viderunt. Hujus casu aliquantum retardati sunt Boeotii, neque tamen prius pugna excesserunt [7], quam repugnantes profligarunt. At Epaminondas, quum animadverteret, mortiferum se vulnus accepisse [8], simulque, si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat [9], extraxisset, animam statim emissurum, usque eo retinuit [10], quoad renunciatum est, vicisse Boeotios [11]. Id postquam audivit, «satis,» inquit, «vixi: invictus enim morior» Tum, ferro extracto, confestim exanimatus est [12].

6 Sparum ein rauher Wurfspieß; sparo aliquem percutere, einen mit dem Wurfspieße durchbohren.

7 Pugna excedere, das Treffen verlassen.

8 Mortiferum vulnus accipere, eine tödtliche Wunde bekommen, tödtlich verwundet werden.

9 Quod ex hastili in corpore remanserat, welche von dem Schafte des Speeres in seinem Körper stecken geblieben war.

10 Usque eo retinuit, er ließ es so lange stecken.

11 Die Schlacht bei Mantineä war den 27. Junius 362 vor Christus. Als Epaminondas fiel, war ein blutiger Kampf um seinen Körper. Die Thebaner siegten. Als er auf dem Boden lag, ließ er seinen Schild neben sich legen, fragte beständig, wie es mit der Schlacht stehe, und als er hörte, daß die Thebaner gesieget hätten, dann sagte er: „ich habe genug gelebt ꝛc. Machet Frieden!“

12 Animam emittere, eflare, — exanimari, die Seele aushauchen, verscheiden, den Geist aufgeben ꝛc.

CAPUT X.

Inhalt.

Epaminondas Vertheidigung seines ehelosen Standes. Theben sinket mit ihm.

Hic uxorem numquam duxit: in quo quum reprehenderentur [1], quod liberos non relinqueret, a Pelopida, qui filium habebat infamem; maleque eum in eo patriae consulere [2], diceret: «vide, inquit, ne tu pejus consulas, qui talem ex «te natum relicturus sis. Neque vero stirps mihi «potest deesse [3]. Namque ex me natam relinquo «pugnam leuctricam, quae non modo mihi super«stes, sed etiam immortalis sit, necesse est.» Quo tempore, duce Pelopida, exsules Thebas occuparunt [4], et praesidium Lacedaemoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quamdiu facta est caedes civium, domo se tenuit [5]: quod neque malos defendere volebat, neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret [6]. Namque omnem civilem victoriam funestam putabat. Idem, postquam apud Cadmeam pugnari cum Lacedaemoniis coepit, in primis stetit [7]. Hujus de virtutibus vitaque satis erit dictum, si hoc unum adjunxero, quod nemo eat infitias, Thebas et ante Epaminondam natum et post ejusdem interitum perpetuo alieno paruisse imperio [8]: contra ea, quamdiu ille praefuerit rei-

1 Ab aliquo reprehendi, von einem getadelt werden.
2 Male patriae consulere, wenig (schlecht) für sein Vaterland sorgen.
3 Stirps mihi non potest deesse, mein Geschlecht kann nicht aussterben, denn ich hinterlasse zwei unsterbliche Töchter rc.
4 Quum exules, duce Pelopida etc., wir hören diesen Vorgang in der folgenden Lebensbeschreibung.
5 Domo, — domi se tenere, sich zu Hause halten.
6 Manus sanguine cruentare, seine Hände mit Blute besudeln. — Er wollte seine Hände nicht mit Bürgerblute färben.
7 In primis stare, unter den ersten sein.
8 Infitias ire, läugnen.

publicae, caput [9] fuisse totius Graeciae [10]. Ex quo intelligi potest, unum hominem pluris [11], quam civitatem, fuisse.

9 Alieno imperio parere, unter fremder Oberherrschaft stehen. Nepos will hiermit sagen, sie waren nicht völlig unabhängig; — sie mußten immer sich an einen größern Staat halten; — Sparta oder Athen.

10 Caput fuit totius Graeciae, Theben hatte die Oberherrschaft über ganz Griechenland. Diese Oberherrschaft dauerte von der Schlacht bei Leuktra bis zu der Schlacht bei Chäronea, von 371 bis 338 v. Ch. Nach Epaminondas Tode fiel Theben erst in Pöbelherrschaft, dann in seinen Untergang.

antecedere hunc videbantur: mortuus erat Hephaestio [9], quem unum Alexander, quod facile intelligi posset, plurimi fecerat): hoc tempore data est Eumeni Cappadocia, sive potius dicta [10]: nam tum in hostium erat potestate. Hunc sibi Perdiccas adjunxerat [11] magno studio, quod in homine fidem et industriam magnam videbat: non dubitans, si eum pellexisset, magno usui fore sibi in his rebus, quas apparabat. Cogitabat enim, quod fere omnes in magnis imperiis concupiscunt, omnium partes [12], corripere, atque complecti. Neque vero hoc ille solus fecit, sed ceteri quoque omnes, qui Alexandri fuerant amici. Primus Leonatus [13] Macedoniam praeoccupare destinaverat. His multis magnisque pollicitationibus persuadere Eumeni studuit, ut Perdiccam desereret, ac secum faceret societatem. Quum perducere [14] eum non posset, interficere conatus est. Et fecisset, nisi ille clam noctu ex praesidiis ejus effugisset [15].

nien; — er war ein thätiger Mann.

9 Hephästio, der Liebling Alexanders, starb 325 in Ekbatana, wahrscheinlich durch seine Unmäßigkeit: „Dieser ist auch Alexander."

10 Sive potius dicta, es wurde ihm einstweilen zugetheilet; denn Ariarathes hatte Kappadokien und Paphlagonien noch in dem Besitze. — Perdikkas durfte Eumenes nicht übergehen, denn er war ihm für jetzt unentbehrlich.

11 In suas partes perducere, in suas partes pellicere, auf seine Seite bringen, für sich gewinnen.

12 Omnium partes, die ganze makedonische Monarchie, — welche nun in viele Statthalterschaften getheilet war.

13 Leonatos, ein Verwandter Alexanders. Er bekam Phrygien, ging aber unter einem Vorwande nach Griechenlande, um es zu erobern, und blieb bei Athen.

14 Quum eum perducere, da er ihn nicht gewinnen konnte.

15 Ex praesidiis fugere, sich aus dem Lager flüchten.

CAPUT III.

Inhalt.

Eumenes wird von Perdikkas gegen Antipater und Krateros geschickt.

Interim conflata sunt illa bella, quae ad internecionem post Alexandri mortem gesta sunt, omnesque concurrerunt [1] ad Perdiccam opprimendum. Quem etsi infirmum videbat, quod unus omnibus resistere cogebatur, tamen amicum non deseruit, neque salutis, quam fidei, fuit cupidior [2]. Praefecerat eum Perdiccas ei parti Asiae, quae inter Taurum montem jacet atque Hellespontum [3], et illum unum opposuerat europaeis adversariis. Ipse, Aegyptum oppugnatum, adversus Ptolemaeum [4] erat profectus. Eumenes, quum neque magnas copias, neque firmas [5] haberet, quod inexercitatae, et non multo ante erant contractae; adventare autem dicerentur, Hellespontumque transisse Anti-

1 Omnes concurrerunt etc., alle vereinigten sich, Perdikkas zu stürzen.

2 Neque salutis, quam fidei fuit cupidior, er wollte lieber treu, als sicher sein — er wollte sein Glück, Rettung, nicht auf Kosten seiner Treue bauen.

3 Inter Taurum et Hellespontum, Kappadokien, Galatien, Bithynien rc.

4 Ptolomäos, ein natürlicher Sohn Philipps; denn seine Mutter wurde nachher an Lagos vermählet; daher Lagi oder Lagos, d. i. Lagos Sohn, ein mäßiger, kluger, einfacher Mann. Er bekam Aegypten, Lybien rc., und dehnte seine Herrschaft immer mehr aus. Er regierte in Aegypten von 323 bis 284 vor Christus; er verschönerte Alexandrien, hob den Handel, Gewerbe, Wissenschaften, bauete den großen Leuchtthurm auf Pharos, und Museen; gab den Gelehrten Jahrgelder, z. B. dem Mathematiker Euklides, und errichtete eine große Bibliothek. Seine Nachfolger hießen von ihm Ptolomäer, wovon aber nur zwei seinem Beispiele folgten, die übrigen waren ausgeartet.

5 Neque firmas, — fortes, keine tapfern Truppen.

pater et Craterus [6] magno cum exercitu Macedonum, viri quum claritate, tum usu belli praestantes; (Macedones vero milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur [7]. Etenim semper habiti sunt fortissimi, qui summam imperii [8] potirentur.) Eumenes intelligebat, si copiae suae cognossent, adversus quos ducerentur, non modo non ituras, sed simul cum nuntio dilapsuras [9]. Itaque hoc ejus fuit prudentissimum consilium, ut deviis itineribus [10] milites duceret, in quibus vera audire non possent, et his persuaderet, se contra quosdam barbaros [11] proficisci. Itaque tenuit hoc propositum [12], et prius in aciem exercitum eduxit; proeliumque commisit, quam milites sui scirent, cum quibus [13] arma conferrent. Effecit etiam aliud locorum praeoccupatione [14], ut equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quam peditatu, quo erat deterior.

6 Antipater und Krater waren mit ihrem Heere aus Europa nach Asien im Anzuge. — Viri quum claritate etc., zwei sowohl berühmte, als erfahrne Männer.
7 Qua nunc Romani feruntur etc., die Makedoner hatten damals den Namen, wie jetzt die Römer.
8 Summam imperii, die Oberherrschaft der Welt.
9 Dilapsuras, sie würden sich zerstreuen.
10 Itineribus deviis aliquem ducere, durch unbekannte Wege einen führen; Abwege, damit sie die Wahrheit nicht sobald erfahren konnten.
11 Contra quosdam barbaros, er sagte, gegen Neoptolem und Pigris, welche mit Kappadokiern und Paphlagonern anrückten.
12 Propositum tenere, bei seinem Vorsatze bleiben.
13 Cum quibus, — contra quos.
14 Praeoccupatione locorum, — durch die Besetzung einiger Posten. — Deterior schwächer.

CAPUT IV.

Inhalt.

Neoptolem und Krateros werden geschlagen, und bleiben.

Quorum acerrimo concursu [1] quum magnam partem diei esset pugnatum, cadit [2] Craterus dux, et Neoptolemus, qui secundum locum imperii tenebat Cum hoc concurrit ipse Eumenes [3]: qui, quum, inter se complexi [4], in terram ex equis decidissent, ut facile intelligi posset, inimica mente [5] contendisse, animoque magis etiam pugnasse, quam corpore; non prius distracti sunt, quam alterum anima reliquerit. Ab hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur [6], neque eo magis ex proelio excessit, sed acrius hostes [7] institit. Hic, equitibus profligatis, interfecto duce [8] Cratero, multis praeterea et maxime nobilibus captis, pedester exercitus, quod in ea loca erat deductus, ut invito Eumene elabi [9] non posset, pacem ab eo petiit. Quam quum impetrassent, in fide non mansit, et se [10], simul ac potuit, ad Antipatrum recepit. Eumenes Craterum, ex acie semivivum elatum, recreare [11] studuit. Quum id non posset, pro hominis dignitate, proque pristina amicitia, (namque illo usus erat, Alexan-

1 Quorum (equitum) acerrimo concursu etc., als man sich beinahe den ganzen Tag äusserst hitzig geschlagen hatte.

2 Cadit, — fällt ꝛc. Krater blieb nicht auf dem Schlachtfelde.

3 Cum hoc concurrit etc., mit diesem focht Eumenes selbst.

4 Inter se complexi, sich umfaßt.

5 Inimica mente contendere, aus Erbitterung kämpfen; nämlich als persönliche Feinde.

6 Aliquot plagis vulnerari, einige Wunden erhalten.

7 Hostis, — hostes und hostibus instare, auf den Feind eindringen.

8 Interfecto duce etc. Krater war, wie gesagt, noch nicht ganz todt, aber schwer verwundet.

9 Elabi, entkommen; invito Eumene, wider Eumenes Willen.

10 Et se, — sed se.

11 Recreare — ex vulneribus reficere, er suchte ihn wieder zu sich zu bringen, herzustellen.

dro vivo, familiariter), amplo funere extulit [12], ossaque [13] in Macedoniam uxori ejus ac liberis remisit.

12 Amplo funere aliquem efferre, einem ein feierliches Leichenbegängniß halten.

13 Ossa ejus etc., weil jeder gerne in seinem Vaterlande begraben sein wollte.

CAPUT V.

Inhalt.

Perdikkas Tod. Eumenes, von Antipater eingeschlossen, entkömmt durch List.

Haec dum apud Hellespontum geruntur [1], Perdiccas [2] apud flumen Nilum interficitur a Seleuco [3] et Antigono [4], rerumque summa [5] ad An-

1 Haec dum geruntur, während dieser Vorfälle an dem Hellesponte.

2 Perdikkas wurde in seinem Zelte von seinen Reitern ermordet.

3 Seleukos (Nikator), ein Makedoner von Geburt, General unter Alexander, erhielt, 321 vor Christus, Babylon als Provinz, 312 erobert er Medien, und durch den Sieg bei Ipsos erhielt er nach 301 Syrien, Kappadokien, Mesopotamien, Armenien 2c. Er herrschte auf diese Art fast über das ganze ehemalige persische Reich, sogar über Baktrien und Indien.

Er nahm seine Residenz in dem von ihm erbaueten Seleukia am Tiger, dann in dem herrlichen Antiochien in Syrien. Er theilte sein Reich in 22 Satrapien; 293 trat er seinem Sohne Antioch Oberasien ab.

4 Antigonos, ein großer Krieger, als Greis noch jugendlich thätig, erhielt 321 die Küste Kleinasiens; aber damit nicht zufrieden, suchte er sich in Asien auszudehnen. Er war anfangs glücklich, fand aber seinen Tod in der entscheidenden Schlacht bei Ipsos. Er stehet in Hinsicht seines Charakters unter den wahrhaft großen Männern des Alterthumes. „Diese Krankheit erinnert mich, daß ich ein Mensch bin! Ich will mit gutem Willen behalten, was ich mit Macht erobert habe.“ Zu seinem Bruder Marsias: „Ich will die Sache in dem öffentlichen Gerichtshofe hören, denn ich muß Recht handhaben.“ Zu dem Quartiermeister: „Ich bitte dich, befreie meinen Sohn aus diesem Gedränge.“

5 Rerum summa, (oben) die Reichsverwaltung.

tipatrum defertur. Hic, qui deseruerant, exercitu suffragium ferente [6], capitis absentes damnantur; in his Eumenes. Hac ille perculsus plaga [7], non succubuit, neque eo secius bellum administravit. Sed exiles res [8] animi magnitudinem, etsi non frangebant, tamen inminuebant. Hunc persequens Antigonus, quum omni genere copiarum abundaret [9], saepe in itineribus vexabatur: neque umquam ad manum accedere licebat [10]; nisi his locis, quibus pauci possent multis resistere. Sed extremo tempore [11], quum consilio capi non posset, multitudine circumventus est. Hinc tamen, multis suis amissis, se expedivit [12], et in castellum Phrygiae, quod Nora [13] appellatur, confugit. In quo quum circumsederetur [14], et vereretur, ne, uno loco manens, equos militares perderet, quod spatium [15] non esset agitandi; callidum fuit ejus inventum, quemadmodum stans jumentum calefieri, exercerique posset, quo libentius et cibo uteretur, et a corporis motu [16] non removeretur. Substringebat caput [17] loro altius, quam ut prioribus pedibus plane terram posset attingere: deinde post [18] ver-

6 Exercitu suffragium ferente, mit Beistimmung des Heeres.
7 Hac — calamitate, — durch diesen Schlag getroffen, unterlag er doch nicht.
8 Exiles res, die mißlichen Umstände, Mangel an Truppen und Gelde.
9 Omni genere copiarum abundare. Truppen aller Art in Menge haben.
10 Ad manum accedere, zum Schlagen kommen, sich schlagen.
11 Extremo tempore — ad extremum, zuletzt; — multis amissis, mit großem Verluste.
12 Se expedire, sich aus dem Gedränge winden.
13 Nora, eine kleine Festung in Kappadokien, nicht in Phrygien, wie Nepos sagt.
14 Circumsederetur, von Antigonos.
15 Quod spatium non esset agitandi, weil kein Raum da war, ihnen Bewegung zu machen.
16 A corporis motu non removeri, körperliche Bewegung haben, behalten.
17 Substringebat caput altius etc. Er ließ den Pferden die Köpfe mit einem Riemen so hoch binden, daß sie mit den Vorderfüßen die Erde nicht berühren konnten.
18 Deinde post, — dein, calces remittere, ausschlagen

beribus cogebat exultare, et calces remittere, qui motus non minus sudorem excutiebat [19], quam si in spatio decurreret [20]. Quo factum est, quod omnibus mirabile est visum, ut jumenta aeque nitida [21] ex castello educeret, quum complures menses in obsidione fuisset, ac si in campestribus ea locis habuisset. In hac conclusione [22], quotiescunque voluit, apparatum [23] et munitiones Antigoni alias incendit, alias disjecit Tenuit autem se uno loco, quamdiu fuit hiems, (quod castrum subsidia habere non poterat [24]). Ver appropinquabat, simulata deditione [25], dum de conditionibus tractat [26], praefectis Antigoni imposuit [27], seque ac suos omnes extraxit incolumes.

19 Sudorem excutere, Schweiß auspressen.
20 Spatio decurrere, auf der Rennbahne laufen, in dem Freien.
21 Nitida, glänzend.
22 In hac conclusione, während dieser Belagerung.
23 Apparatum et munitiones incendere, die Belagerungswerke und Verschanzungen verbrennen. — Ballisten, Katapulten, Onager, u. s. w.
24 Quod castrum subsidia etc., weil er in der Burg keine Hülfe haben konnte.
25 Simulata deditione, er stellte sich an, als wollte er sich ergeben.
26 De conditionibus pacis tractare, Friedensunterhandlungen pflegen.
27 Alicui imponere, einen hintergehen.

CAPUT VI.

Inhalt.

Eumenes entschließet sich, für das alexandrische Haus die Waffen zu ergreifen.

Ad hunc Olympias [1], mater quae fuerat Alexandri, quum litteras et nuntios misisset in Asiam, consultum, utrum repetitum Macedoniam veniret [2],

1 Olympias, Alexanders Mutter, Philipps erste Gemahlin, eine Tochter des Molosser-Königes Neoptolem.
2 Utrum veniret, Macedoniam repetitum, ob sie kommen sollte, ihre Ansprüche auf Makedonien geltend zu machen.

(nam tum in Epiro habitabat), et eas res occuparet. Huic ille primum suasit, ne se moverat [3], et exspectaret, quoad Alexandri filius [4] regnum adipisceretur. Sin aliqua cupiditate [5] raperetur in Macedoniam, omnium injuriarum oblivisceretur, et in neminem acerbiore uteretur imperio [6]. Horum nihil ea fecit: nam et in Macedoniam profecta est, et ibi crudelissime se gessit. Petiit autem ab Eumene absente [7], ne pateretur [8], Philippi domus et familiae inimicissimos stirpem quoque interimere, ferretque opem liberis Alexandri. Quam veniam si sibi daret [9], quam primum exercitus pararet, quos sibi subsidio adduceret. Id quo facilius faceret, se omnibus praefectis, qui in officio manebant, misisse litteras, ut ei parerent, ejusque consiliis uterentur. His rebus Eumenes permotus, satius duxit, si ita tulisset fortuna [10], perire, bene meritis [11] referentem gratiam, quam ingratum vivere.

3 Ne se moveret, sie sollte sich ruhig halten.
4 Alexander, Alexanders und der Roxane, — Tochter des Satrapen Oxartes, welchem Alexander Paropamisos gab, — Sohn.
5 Sin aliqua cupiditate etc. Wäre aber ihr Verlangen nach Makedonien so stark ꝛc.
6 Acerbiore imperio uti in aliquem, strenge gegen Jemanden verfahren.
7 Eumene absente, Eumenes war in Asien.
8 Ne pateretur etc., er sollte nicht zugeben, daß die Todfeinde des philippischen Hauses dessen Stamm ganz aufrieben. — Kassander und sein Anhang.
9 Quam veniam si sibi daret, wenn er ihre Bitte erfüllen wollte, so ꝛc. Olympias hatte in Makedonien Arrhidäos und seine Gemahlin Euridike ꝛc., hinrichten lassen.
10 Si ita tulisset fortuna, wenn es das Schicksal so bestimmt hätte.
11 Bene meritis etc., dankbar gegen erzeigte Wohlthaten sein, (gegen diejenigen, welche sich darum verdient gemacht haben.

CAPUT VII.

Inhalt.

Eumenes rüstet sich für Alexanders Familie gegen Antigonos.

Itaque copias contraxit, bellum adversus Antigonum comparavit. Quod una [1] erant Macedones complures nobiles; in his Peucestes, qui corporis custos fuerat Alexandri, tum autem obtinebat Persidem; Antigenes, cujus sub imperio phalanx [2] erat Macedonum; invidiam verens, (quam tamen effugere non potuit), si potius ipse alienigena summi imperii potiretur, quam alii Macedonum, quorum ibi erat multitudo; in principiis [3] nomine Alexandri statuit tabernaculum, in eoque sellam auream cum sceptro ac diademate [4] jussit poni, eoque omnes quotidie convenire, ut ibi de summis rebus consilia caperentur; credens, minore se invidia fore [5], si specie imperii [6], nominisque simulatione Alexandri bellum videretur administrare. Quod et fecit. Nam quum non ad Eumenis principia, sed ad regia conveniretur, atque ibi de rebus deliberaretur, quodammodo latebat [7], quum tamen per eum unum gererentur omnia.

1 Una — in castris Eumenis, in seinem Lager, bei ihm.

2 Die Phalanx der Makedoner, ein Korps von 8000, unter Philipp und Alexander von 16,000 Mann, welche 16 Mann hoch, und so gedrängt standen, daß sie sich wie eine Masse bewegten. Die ersten 5 Glieder hielten die Lanzen vorwärts, die übrigen auf den Schultern.

3 Principia, — praetorium, der Ort, wo das Zelt des Feldherrn stand, — Hauptquartier, mit der Leibwache.

4 Diadem war ein weißes Stirnband, welches die Könige trugen.

5 Minore — in — invidia se fore, man würde ihn weniger beneiden.

6 Si specie imperii, nominisque etc., wenn er die Oberbefehlshaberstelle unter dem Scheine und Namen Alexanders führte; — wenn er die Sache so anstellte, als geschähe alles in dem Namen des verstorbenen Alexanders.

7 Quodammodo latebat, seine Regierung blieb verborgen.

CAPUT VIII.

Inhalt.

Sieg über Antigonos; Eumenes Soldaten beziehen zu weit getrennte Winterquartiere, und kommen deswegen in Gefahr.

Hic in Paraetacis [1] cum Antigono conflixit, non acie instructa [2], sed in itinere, eumque, male acceptum [3], in Mediam hiematum coëgit redire. Ipse in finitima regione Persidis hiematum copias divisit, non, ut voluit, sed ut militum cogebat voluntas. Namque illa phalanx Alexandri Magni, quae Asiam peragrarat, deviceratque Persas, inveterata quum gloria [4] tum etiam licentia, non parere se ducibus, sed imperare postulabat: ut nunc veterani faciunt nostri. [5] Itaque periculum est, ne faciant, quod illi fecerunt, sua intemperantia [6] nimiaque licentia, ut omnia perdant, neque minus eos, cum quibus steterint, quam adversus quos fecerint. Quodsi quis illorum veteranorum legat facta, paria horum [7] cognoscat: neque rem ullam, nisi tempus, interesse judicet. Sed ad illos [8] rever-

1 Parätakis, oder Parätakene, eine Provinz zwischen Medien und Persien, an den Quellen des Medos.

2 Non acie instructa, sed etc., nicht in einer förmlichen Schlacht, sondern auf dem Marsche.

Antigonos stellte nämlich ein Korps Reiter und Fußgänger über den Kapares, welche Eumenes überfiel, u. zernichtete.

3 Male aliquem accipere, einen übel empfangen, großen Schaden einem zufügen. — Antigonos verlor bei 4000 Mann, und hatte noch mehr, als 4000 Verwundete.

4 Inveterata quum gloria, tum etiam licentia, wegen ihres so alten Ruhmes, und gewohnter Freiheit.

5 Nostri — fehlet in einigen Handschriften, — wie es die römischen Veteranen machen. Man denke an Cäsars Legionen.

6 Intemperantia — postulatorum etc., durch allzugroße Forderungen, Herausnahme von Freiheit, Zügellosigkeit.

7 Horum — Romanorum, ließt Jemand das Verhalten jener Veteranen, so wird er sie den römischen ganz ähnlich finden.

8 Ad illos, zu den makedonischen Veteranen.

tar. Hiberna sumserant non ad usum belli, sed ad ipsorum luxuriam, longeque inter se discesserant. Hoc Antigonus quum comperisset, intelligeretque, se parem non esse paratis adversariis [9], statuit, aliquid sibi consilii novi esse capiendum. Duae erant viae, qua ex Medis, ubi ille hiemabat, ad adversariorum hibernacula posset perveniri: quarum brevior per loca deserta, quae nemo incolebat propter aquae inopiam, ceterum dierum erat fere decem. Illa autem, qua omnes commeabant [10], altero tanto longiorem habebat anfractum [11], sed erat copiosa [12], omniumque rerum abundans. Hac si proficisceretur, intelligebat, prius adversarios rescituros de suo adventu, quam ipse tertiam partem confecisset itineris. Sin per loca sola [13] contenderet, sperabat, se imprudentem hostem oppressurum. Ad hanc rem conficiendam imperavit, quam plurimos utres atque etiam culeos [14] comparari, post haec papulum [15]: praeterea cibaria cocta [16] dierum decem, utque quam minime fieret ignis in castris: iter, quod habebat, omnes celat. Sic paratus [17], qua constituerat, proficiscitur.

9 Paratis adversariis etc., wenn der Feind auf seinen Angriff vorbereitet wäre.

10 Illa autem, qua omnes commeabant, der gewöhnliche Weg.

11 Via altero tanto longiorem habet anfractum, der Weg ist noch einmal so lange.

12 Copiosa et abundans, könnte für tautologisch gelten; aber copiosa heißt hier stark bewohnet, volkreich.

13 Loca sola, — deserta, öde Gegenden.

14 Utres und culei, Lederschläuche; die letztern waren ungleich größer, man gebrauchte sie vorzüglich bei dem Uebersetzen über Flüsse, die Utres waren mit Wasser gefüllt, um hieran in den heißen Gegenden nicht Mangel zu leiden.

15 Papulum, Futter für Pferde, Kamele rc.

16 Cibaria cocta, damit man auf dem Wege nicht nöthig hätte, Feuer zu dem Kochen anzumachen, und sich dadurch verrathen würde.

17 Sic paratus, qua constituerat etc. So gerüstet trat er seinen bestimmten Zug an, nämlich auf dem Wege, welchen er bestimmt hatte.

CAPUT IX.

Inhalt.

Eumenes überlistet Antigonos.

Dimidium fere [1] spatium confecerat, quum ex fumo castrorum [2] ejus suspicio allata est ad Eumenem, hostem appropinquare. Conveniunt duces: quaeritur, quid opus sit facto. Intelligebant omnes [4] tam celeriter [3] copias ipsorum contrahi non posse, quam Antigonus adfuturus videbatur. Hic, omnibus titubantibus, et de rebus summis desperantibus, Eumenes ait, si celeritatem velint adhibere [4], et imperata facere, quod ante non fecerint, se rem expediturum [5]. Nam, quod diebus quinque hostis [6] transisse posset, se effecturum, ut non minus totidem dierum spatio retardaretur [7]. Quare circumirent, suas quisque copias contraheret. Ad Antigoni autem refrenandum impetum [8], tale capit consilium. Certos mittit homines ad infimos montes [9], qui obvii erant [10] itineri adversariorum; hisque praecepit, ut prima

1 Dimidium fere — Antigonus, Antigonos hatte bereits den halben Weg zurückgeleget.

2 Cum e fumo castrorum etc. Die Bewohner dieser Gegenden, welche ungewöhnlichen Rauch sahen, meldeten Eumenes, der Feind müsse in dem Anzuge sein.

3 Tam celeriter etc., Antigonos würde eher da sein, als sie ihre Truppen zusammengezogen hätten.

4 Celeritatem adhibere, schnell sein.

5 Rem expedire, die Gefahr abwenden; — er wollte sie aus der Verlegenheit ziehen ꝛc.

6 Transisse, — transire.

7 Ut non minus totidem dierum spatio retardaretur, daß er eben so lange aufgehalten würde.

8 Impetum refrenare, den Ueberfall aufhalten, verspäten.

9 Montes infimi, die äußern Berge; — Antigonos Zug ging durch Ebenen, welche von Bergen eingeschlossen waren; auf den ersten Anhöhen also befahl Eumenes Feuer zu machen.

10 Qui obvii erant etc., welche dem Feinde im Wege lägen.

nocte [11], quam latissime [12] possint, ignes faciant quam maximos, atque hos secunda vigilia minuant, tertia perexiguos reddant, et, assimulata castrorum consuetudine [13], suspicionem injiciant hostibus, his locis esse castra, ac de eorum adventu esse praenuntiatum: idemque postera nocte faciant. Quibus imperatum erat, diligenter [14] praeceptum curant. Antigonus, tenebris obortis [15], ignes conspicatur, credit, de suo adventu esse auditum, et adversarios illuc suas contraxisse copias: mutat consilium, et, quoniam imprudentes adoriri non posset, flectit iter suum [16], et illum anfractum longiorem [17] copiosae viae capit, ibique diem unum opperitur ad lassitudinem sedandam militum [18], ac reficienda jumenta, quo integriore [19] exercitu decerneret.

11 Prima nocte, die Griechen theilten die Nacht in drei Nachtwachen, welche die Lateiner vigiliae nennen.
12 Quam latissime possint, so weit hinaus sie könnten. Possint, faciant, — minuant, reddant; — nach dem strengern Syntaxe, possent, facerent, minuerent, redderent etc. —
13 Assimulata castrorum consuetudine, durch verstelltes Verfahren, wie in einem Lager.
14 Diligenter, pünktlich.
15 Tenebris obortis, bei einbrechender Nacht, Dunkelheit. Tenebrae oboriuntur es wird finster.
16 Iter flectere, von seinem Wege abweichen; seinen Weg ändern.
17 Anfractum longiorem viae copiosae capit, er wählte den längern, bewohnten Weg.
18 Lassitudinem aedare, ausruhen.
19 Quo integriore etc., um mit einem ausgeruhten Heere gegen den Feind zu kämpfen.

CAPUT X.

Inhalt.

Eumenes sieget über Antigonos, wird aber von den Seinigen demselben ausgeliefert.

Hic Eumenes callidum imperatorem vicit consilio, celeritatemque impedivit ejus: neque ta-

men multum profecit. Nam invidia ducum [1], cum quibus erat, perfidiaque militum [2] macedonum veteranorum, quum superior proelio discessisset, Antigono est deditus, quum exercitus ei ter ante separatis temporibus [3] jurasset, se eum defensurum, nec umquam deserturum. Sed tanta fuit nonnullorum virtutis [4] obtrectatio, ut fidem amittere mallent [5], quam eum non prodere. Atque hunc Antigonus, quum ei fuisset infestissimus, conservasset, si per suos esset licitum, quod ab nullo se plus adjuvari posse intelligebat in his rebus, quas impendere iam apparebat omnibus [6]. Inminebant enim Seleucus, Lysimachus, Ptolomaeus, opibus jam valentes, cum quibus ei de summis rebus erat dimicandum. Sed non passi sunt hi, qui circa erant [7]: quod videbant, Eumene recepto, omnes prae illo parvi futuros [8]. Ipse autem Antigonus adeo [9] erat incensus, ut, nisi magna spe maximarum rerum, leniri non posset.

1 Invidia ducem, Neid, Eifersucht der Anführer, — des Antigonos und Teutamos.

2 Perfidia militum, Treulosigkeit der Soldaten, — der Veteranen, welche in der Schlacht ihre Weiber, Kinder und Vermögen verloren hatten, und sie nun durch die Auslieferung ihres Feldherrn wieder erkaufen wollten. Man nannte diese Veteranen Argyraspiden, von den silbernen Schilden, welche sie hatten; so gab es auch Chrysaspiden, (mit goldenen Schilden.)

3 Separatis temporibus, zu verschiedenenmalen.

4 Sed tanta fuit virtutis etc., aber so eifersüchtig waren viele auf diesen tapfern Mann.

5 Fidem amittere, meineidig werden, den Eid brechen. — Statt prodere lesen andre auch perdere.

6 Quas impendere jam apparebat omnibus, welche Gefahren, wie Jedermann wußte, nun einbrechen mußten.

7 Qui circa erant, die Großen, Befehlshaber in Antigonos Heere.

8 Parvi esse, geringen Einfluß haben, wenig gelten. Prae illo Eumene, des Eumenes wegen.

9 Antigonus adeo etc., Antigonos war so aufgebracht, daß er nur durch große Hoffnung zu den größten Vortheilen besänftiget werden konnte.

CAPUT XI.

Inhalt.

Eumenes verlanget den Tod.

Itaque, quum eum in custodiam dedisset, et praefectus custodum quaesisset [1]; quemadmodum servari vellet, ut acerrimum, inquit, leonem, aut ferocissimum elephantum. Nondum enim statuerat, conservaret eum [2], nec ne. Veniebat autem ad Eumenem utrumque genus hominum [3], et qui propter odium [4] fructum oculis ex ejus casu capere vellent; et qui propter veterem amicitiam [5] colloqui, consolarique cuperent; multi etiam, qui ejus formam cognoscere studebant [6]; qualis esset, quem tam diu, tamque valde timuissent; cujus in pernicie [7] positam spem habuissent victoriae. At Eumenes, quum diutius in vinculis esset, ait Onomarcho, penes quem [8] summa erat imperii custodiae, se mirari, quare jam tertium diem sic teneretur [9]. Non enim hoc convenire [10] Antigoni prudentiae, ut sic deuteretur victo [11], quin aut interfici, aut missum

1 Quaesisset — ex Antigono.
2 Conservaret, — utrum eum conservaret, nec ne.
3 Utrumque genus hominum, Leute von zweierlei Art, — Leute von verschiedener Denkungsart.
4 Qui propter odium fructum (voluptatem) oculis etc., Rachgierige, welche Vergnügen darin fanden, sich an seinem Unglücke zu weiden.
5 Et qui propter veterem etc., und alte Freunde, welche ihn sprechen und trösten wollten.
6 Formam alicujus cognoscere studere, suchen, Jemanden kennen zu lernen.
7 In ejus pernicie spem habent victoriae, nur bei seinem Sturze, Falle, haben sie Hoffnung zu dem Siege.
8 Penes quem summa est imperii custodiae, der oberste Wacheofficier, — der Oberaufseher der Gefängnisse.
9 Teneretur — captivus, warum man ihn schon 3 Tage in dem Kerker fest hielte?
10 Non enim hoc convenire etc., er könnte dieses mit Antigonos Klugheit nicht vereinbaren.
11 Deuti victo, einen Besiegten mißhandeln.

missum fieri juberet [12]. Hic quum ferocius [13] Onomarcho loqui videretur, «quid? tu, inquit [14], «animo si isto eras, cur non in proelio cecidisti» «potius, quam in potestatem inimici venires?» Huic Eumenes, «utinam quidem istud evenisset! «inquit, sed eo [15] non accidit, quod numquam cum «fortiore sum congressus. Non enim cum quoquam «arma contuli, quin is mihi succubuerit [16]. Non «enim virtute hostium, sed amicorum perfidia de-«cidi». Neque id falsum [17]; . . . . . nam et dignitate fuit honesta [18], et viribus ad laborem ferendum firmis, neque tam magno corpore, quam figura venusta.

12 Aliquem missum facere, einen losgeben, befreien.
13 Ferocius, zu trotzig; — der edle, freimüthige Mann wird durch kein Unglück gebeuget. — Onomarch scheinet ein Mann von niederer Denkungsart gewesen zu sein.
14 Quid tu (inquit etc.) inquit, ein Zusatz von Lambin, welcher auch füglich hinweggelassen werden kann.
15 Eo, — ideo, deswegen.
16 Quin is mihi succubuerit, ohne ihn besiegt zu haben. Eumenes sagt zu viel; er wurde in einigen Treffen geschlagen.
17 Neque id falsum: — nam et dignitate, hier muß eine Lücke sein, oder nam et — venusta, ist eingeschoben.
18 Dignitate fuit honesta etc., sein Ansehen, Aeußeres erregte Ehrfurcht, er hatte hinlänglich Kräfte, und sein Körper war überhaupt nicht so groß, als angenehm gebildet.

CAPUT XII.

Inhalt.

Eumenes soll verhungern, wird aber von seiner Wache ermordet.

De hoc Antigonus quum solus constituere [1] non auderet, ad consilium retulit [2]. Hic quum ple-

1 Constituere — supplicium, Antigonos wagte es nicht, für sich allein das Urtheil über Eumenes zu sprechen.
2 Ad consilium referre, vor den Kriegsrath bringen. Plerique omnes, die meisten. Nearch, und selbst Antigo-

rique omnes primo perturbati admirarentur, non jam de eo sumtum esse supplicium [3], a quo tot annos adeo essent male habiti, ut saepe ad desperationem forent adducti; quique maximos duces interfecisset [4]; denique in quo uno esset tantum, ut, quoad ille viveret, ipsi securi esse non possent; interfecto [5], nihil habituri negotii essent. Postremo, si illi redderet salutem, quaerebant, quibus amicis esset usurus: sese enim cum Eumene apud eum non futuros. Hic, cognita consilii voluntate, tamen usque ad septimum diem deliberandi sibi spatium reliquit. Tum autem, quum jam vereretur, nequa seditio exercitus oriretur, vetuit, ad eum quemquam admitti, et quotidianum victum amoveri jussit [6]. Nam negabat, se ei vim allaturum, qui aliquando fuisset amicus. Hic tamen non amplius, quam triduum, fame fatigatus [7], quum castra moverentur [8], insciente Antigono, jugulatus est a custodibus.

nos Sohn, Demetrios, wollten ihn retten.
3 Supplicium de aliquo sumere, einen zur Strafe ziehen.
4 Maximos duces, — Krateros und Neoptolem.
5 Interfecto, nihil negotii etc., wäre er todt, so hätten sie keine Gefahr mehr, so stünde ihnen nichts mehr in dem Wege.
6 Victum alicui amovere, einem die Nahrung entziehen. — Antigonos will ihm keine Gewalt anthun, aber doch den fürchterlichsten Tod sterben lassen. Der größte Widerspruch!
7 Triduum fame fatigari, nur 3 Tage von dem Hunger gequälet werden.
8 Castra movere, mit dem Lager aufbrechen.

CAPUT XIII.

Inhalt.

Ueber Eumenes Einfluß auf die übrigen Befehlshaber — Sein Leichenbegängniß.

Sic Eumenes, annorum quinque et quadraginta [1]. quum ab anno vigesimo (ut supra ostendimus)

1 Quinque et quadraginta; — und einige Monate, um den Scheinwiderspruch zu heben.

septem annos Philippo apparuisset [2], et tredecim apud Alexandrum eumdem locum obtinuisset, in his [3] unum equitum alae praefuisset, post autem Alexandri Magni mortem imperator exercitus duxisset, summosque duces partim repulisset, partim interfecisset, captus, non Antigoni virtute, sed Macedonum perjurio, talem habuit exitum vitae. In quo [4] quanta fuerit omnium opinio eorum, qui post Alexandrum Magnum reges sunt appellati, ex hoc facillime potest judicari, quod nemo, Eumene vivo, rex appellatus est, sed praefectus. Idem post hujus occasum statim regium ornatum [5] nomenque sumserunt; neque, quod initio praedicarunt, se Alexandri liberis regnum servare, id praestare voluerunt, et, uno propugnatore sublato [6], quid sentirent; aperuerunt [7]. Hujus sceleris [8] principes fuerunt Antigonus, Ptolomaeus, Seleucus, Lysimachus, Cassander. Antigonus autem Eumenem mortuum propinquis ejus sepeliendum tradidit. Hic militari honesto funere [9], comitante toto exercitu, humaverunt; ossaque ejus in Cappadociam ad matrem atque uxorem liberosque ejus deportanda curarunt.

2 Apparuisset, gedienet.
3 In his — annis, während dieser Zeit.
4 In quo, — de quo etc., welche Meinung diejenigen von ihm hatten; — nämlich die oben erwähnten Statthalter: Seleukos, Ptolomäos, Antigonos, Lysimachos, Kassander ꝛc.
5 Regium ornatum, das Diadem. Eumenes wurde, 316 vor Chr., umgebracht, und 307 nahm erst Antigonos, nach der Schlacht bei Kypern über Ptolomäos, das Diadem und den Königstitel an, worin ihm andre, die meisten aber 301, nach der Schlacht bei Ipsos, folgten.
6 Uno propugnatore sublato, als dieser einzige Vertheidiger hinweggeschafft war.
7 Quid sentirent, aperuerunt, sie gaben ihre Gesinnungen an Tag.
8 Sceleris, — perjurii, Meineid gegen Alexanders Familie.
9 Militari honesto funere, mit einem ansehnlichen, kriegerischen Leichenbegängnisse.

XIX.

PHOCION.

CAPUT I.

Inhalt.

Phokion, ein rechtschaffener, unbestechbarer Mann.

Phocion, Atheniensis, etsi saepe exercitibus praefuit [1], summosque magistratus cepit; tamen multo ejus notior integritas est vitae [2], quam rei militaris labor [3]. Itaque hujus memoria est nulla [4], illius autem magna fama: ex quo cognomine Bonus [5] est appellatus. Fuit enim perpetuo pauper, quum divitissimus esse posset propter frequentes delatos honores [6], potestatesque summas, quae ei a populo dabantur. Hic quum a rege Philippo munera magnae pecuniae repudiaret [7], legatique hortarentur accipere [8], simulque admone-

1 Exercitibus praeesse, und magistratus gerere, er bekleidete die ersten Stellen in dem Heere, und in dem Staate.

2 Integritas vitae, Unbescholtenheit, Rechtschaffenheit.

3 Rei militaris labor, seine Kriegsthaten.

4 Nulla — parva oder minor, die Geschichte sagt über diesen Punkt wenig. — Illius autem magna fama, von seiner Rechtschaffenheit aber desto mehr.

5 Bonus, der Rechtschaffne, wie Aristides der Gerechte. Dieses will sich doch nicht so ganz in der Lebensbeschreibung des Phokion herausstellen.

6 Propter frequentes delatos honores, wegen der häufig ihm aufgetragenen Ehrenämter ꝛc. 45mal war er Prätor des Heeres.

7 Munus repudiare, das Geschenk nicht annehmen.

8 Hortarentur accipere, — ut acciperet. — Alexander

rent, si ipse his facile careret, liberis tamen suis prospiceret [9], quibus difficile esset in summa paupertate tantam paternam tueri gloriam [10]. His ille, «si mei similes erunt, idem hic, inquit, «agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem per-«duxit; sin dissimiles sunt futuri, nolo meis im-«pensis illorum ali, augerique luxuriam» [11].

bot ihm 100 Talente zum Geschenke an; von den übrigen Anerbieten finden wir in der Geschichte nichts.

9 Liberis prospiceret, si — careret, wenn er es auch nicht bedürfte, so sollte er für, seine Kinder sorgen.

10 Paternam gloriam tueri, den väterlichen Ruhm behaupten.

11 Luxuriam augere, die Ueppigkeit vergrößern, — üppiger werden und machen.

CAPUT II.

Inhalt.

Phokion wird in dem höchsten Alter seinen Mitbürgern verhaßt.

Idem quum prope ad annum octogesimum prospera pervenisset fortuna [1], extremis temporibus magnum in odium pervenit suorum civium [2]. Primo quod cum Demade [3] de urbe tradenda Antipatro [4] consenserat, ejusque consilio Demosthe-

1 Prospera fortuna ad senectutem pervenire, glücklich das Alter erreichen.

2 In odium civium venire, seinen Mitbürgern verhaßt werden.

3 Demades, ein athenischer Redner, welcher, weil ihn Philipp einst zur Tafel gezogen hatte, nun ganz auf dessen Seite war.

Wie Antipater von Demades und Phokion dachte, zeigen diese seine Worte: „Ich habe zwei Freunde in Athen, Phokion und Demades; der Erste nimmt nie etwas für die Dienste, welche er mir leistet, und der Andre kann nie genug bekommen.“

4 Cum Antipatro etc. Als Asklepiades, Hipparchs Sohn, die Nachricht von Alexanders Tode nach Athen brachte, jubelte das Volk, und wollte schon verschiedene Entschlüsse zu seiner völligen Befreiung fassen. Phokion aber erinnerte sie, behutsam zu sein, „denn“ sagte er: „ist es heute wahr, so ist es auch morgen u. übermorgen wahr, und dann haben wir hinlängliche Zeit, uns in Ruhe zu berathschlagen.“

nes cum ceteris [5], qui bene de republica mereri existimabantur, populiscito in exilium erant expulsi. Neque in eo solum offenderat [6], quod patriae male consuluerat [7]; sed etiam quod amicitiae fidem non praestiterat [8]. Namque auctus, adjutusque a Demosthene, eum, quem tenebat, ascenderat gradum, quum adversus Charedem [9] eum subornaret: ab eodem in judiciis, quum capitis causam diceret, defensus, aliquoties liberatus discesserat. Hunc non solum in periculis non defendit, sed etiam prodidit. Concidit autem maxime uno crimine [10], quod, quum apud eum summum esset

Die Redner reizten nun das Volk zu dem Kriege gegen die Makedoner, und Leosthenes wurde zum Anführer bestimmt. Antipater ging auf diese Nachricht nach Thessalien, wurde aber hier geschlagen, und warf sich in Lamia. Leosthenes wagte einen Angriff, und fiel; Antiphilos trat an seine Stelle; allein Antipater zog den Rest des Leonatischen Heeres und Krateros an sich und schlug die Griechen. — Athen, von seinen Bundesgenossen verlassen, schickte Phokion nach Theben zu Antipater, um den Frieden zu verhandeln; — Phokion machte hierbei viele Einwendungen gegen eine makedonische Besatzung, welche in Athen gelegt werden sollte; aber Antipater sagte: „Ich will dir nichts abschlagen, als was dir und mir zum Verderben ist.“ Phokion stimmte also gedrungen ein, daß eine makedonische Besazzung nach Athen kam, weil er für die Treue dieser Stadt nicht stehen konnte.

5 Demosthenes cum ceteris — expulsus und expulsi. Der Redner Demosthenes flüchtete sich nach der Schlacht bei Kranon gegen Antipater, als die makedonische Besatzung auf Athen anrückte, auf die kleine Insel Kalauria. Hier nahm er, von dem Fidler Archias geneckt, Gift.

6 Neque in eo solum offenderat, darin hatte er nicht allein angestoßen.

7 Male patriae consulere, schlecht für sein Vaterland sorgen.

8 Amicitiae fidem non praestare, treulos gegen Freunde handeln.

Chares beging plumpe Fehler, als er den Byzantinern gegen Philipp Hilfe leisten sollte; dieses zeigte Phokion dem Volke an, und wurde durch Demosthenes Beistand an Chares Stelle Anführer der Hilfstruppen.

9 Quum adversus Charedem eum subornaret, da er ihm gegen Chares beistand.

10 Concidit autem uno crimine, Ein Verbrechen stürzte ihn vorzüglich.

imperium [11] populi, et, Nicanorem [12], Cassandri praefectum, insidiari Piraeeo Atheniensium, a Dercyllo [13] moneretur, idemque postularet, ut provideret, ne commeatibus civitas privaretur: huic, audiente populo [14], Phocion negavit, esse periculum, seque ejus rei obsidem fore pollicitus est. Neque ita multo post Nicanor Piraeeo est potitus: ad quem recuperandum quum populus armatus concurrisset, ille non modo neminem ad arma vocavit, sed ne armatis quidem praeesse voluit. Sine quo [15] Athenae omniono esse non possunt.

11 Summum imperium, er war Archon.

12 Nikanor wurde, nach Antipaters Tode, von dessen Nachfolger und Sohn Kassander, nach Athen geschickt, um den Befehl über die Besazzung in Munichia zu übernehmen. Diesem trauete Phokion zu viel.

13 Derkyllos, der vorige Statthalter, welchen Antipater über Athen gesetzt hatte.

14 Audiente populo, vor dem Volke.

15 Sine quo — Piraeeo, Athen kann ohne den Piräos nicht bestehen.

CAPUT III.

Inhalt.

Phokion verbannt, und an die Athener ausgeliefert.

Erant eo tempore Athenis duae factiones [1], quarum una populi causam agebat, altera optimatum. In hac erat Phocion et Demetrius Phalereus. Harum utraque [2] Macedonum patrociniis nitebatur. Nam populares Polysperchonti [3] favebant: optimates cum Cassandro sentiebant. Interim a Polysperchonte Cassander Macedonia pulsus est. Quo

1 Duae factiones, zwei Partheien; die eine für die Demokratie; die andere für die Aristokratie.

2 Harum utraque etc., beide stützten sich auf makedonische Hilfe.

3 Polysperchon, ein Befehlshaber Alexanders, von welchem oben das Nöthige angeführt wurde.

facto, populus, superior factus, statim duces adversariae factionis, capitis damnatos, patria pepulit [4]; in his Phocionem et Demetrium Phalereum; deque ea re legatos ad Polysperchontem misit, qui ab eo peterent, ut sua decreta confirmaret [5]. Huc eodem profectus est Phocion. Quo ut venit, causam apud Philippum [6] regem verbo, re ipsa quidem apud Polysperchontem, jussus est dicere. Namque is tum regis rebus praeerat. Hic ab Agnonide [7] accusatus, quod Piraeeum Nicanori prodidisset, ex consilii sententia [8] in custodiam conjectus, Athenas deductus est, ut ibi de eo legibus fieret judicium.

4 Phokion wurde nicht vertrieben, sondern weil er Polysperchons Befehl nicht vollzog, und Nikanor angriff, als Archon abgesetzt. — Polysperchons Befehl war: in allen griechischen Städten sollte die makedonische Besazzung abziehen, und eine demokratische Verfassung eingeführet werden.

5 Decreta confirmare, die Schlüsse bestätigen.

6 Apud Philippum, nämlich Arrhidäos.

7 Agnonides, ein athenischer Redner, welcher den Auftrag hatte, Phokion bei Polysperchon zu verklagen.

8 Ex consilii sententia, nach dem Gerichtsschlusse. Secundum leges.

CAPUT IV.

Inhalt.

Phokion wird mit dem Tode bestrafet.

Huc [1] ubi perventum est, quum propter aetatem pedibus jam non valeret [2], vehiculoque portaretur [3] magni concursus sunt facti: quum alii, reminiscentes veteris famae, aetatis misererentur [4]: plurimi vero ira exacuerentur [5] propter proditio-

1 Huc, — Athenas.

2 Pedibus non valere, nicht recht gehen können.

3 Vehiculo portari, fahren.

4 Aetatis, — senis miserti, sie hatten Mitleiden mit dem Greisen.

5 Ira exacui, wüthend sein — vor Zorne.

nis suspicionem Piraeei; maximeque, quod adversus populi commoda in senectute steterat. Qua de re ne perorandi quidem ei data est facultas [6], et dicendi causam. Inde judicio, legitimis quibusdam confectis [7], damnatus, traditus est undecim viris [8], quibus ad supplicium, more Atheniensium, publice damnati tradi solent. Hic quum ad mortem [9] duceretur, obvius ei fuit Emphyletus, quo familiariter fuerat usus. Is quum lacrimans dixisset: « o quam indigna perpeteris [10], « Phocion »! huic ille, « at non inopinata [11], inquit: « hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt « Athenienses. » In hoc tantum fuit odium multitudinis [12], ut nemo ausus sit eum liber sepelire. Itaque a servis sepultus est.

6 Ne perorandi quidem ei data est facultas, man erlaubte ihm nicht einmal, zu reden. — Er fing zweimal seine Vertheidigung an, wurde aber jedesmal von dem tobenden Volke überschrieen.

7 Legitimis quibusdam confectis, unter Beobachtung einiger äußern Formalitäten.

8 Undecim viris, zehn Männer mit einem Schreiber hatten die Aufsicht über die Gefängnisse in Athen, so wie bei den Römern die viri capitales u. s. w.

9 Ad mortem, in das Gefängniß, um den Schierlingssaft zu trinken.

10 Indigna perpeti, Unrecht leiden.

11 Non inopinata, nicht unerwartet; etwas Gewöhnliches.

12 Tantum fuit odium, der Pöbel war so heftig gegen ihn aufgebracht, daß man ihn unbegraben außer Attika hinwarf. In der Folge erhielt er eine Bildsäule.

XX.

TIMOLEON.

CAPUT I.

Inhalt.

Timoleon tödtet seinen Bruder Timophanes, um Korinth zu befreien.

Timoleon, Corinthius. Sine dubio magnus omnium judicio hic vir exstitit. Namque huic uni contigit, quod nescio an ulli [1], ut et patriam in qua erat natus, oppressam a tyranno [2] liberaret, et a Syracusis, quibus auxilio erat missus, inveteratam servitutem [3] depelleret; totamque Siciliam, multos annos bello vexatam, a barbarisque oppressam, suo adventu in pristinum restitueret [4]. Sed in his rebus non simplici fortuna [5] conflictatus est, et, id quod difficilius putatur, multo sapientius [6] tulit secundam, quam adversam fortunam. Nam quum frater ejus, Timophanes, dux a Corinthiis delectus, tyrannidem per milites mercenarios [7]

1 An ulli, — an nulli, beides ist hier recht.

2 A tyranno, von seinem Bruder Timophanes.

3 Inveterata servitus, alte Sklaverei.

4 In pristinum restituere, — statum, auf den alten Fuß setzen. — Sizilien wurde theils durch einheimische Kriege, theils durch Karthago sehr zerrüttet.

5 Non simplici fortuna, er hatte abwechselndes Glück.

6 Sapientius secundam, quam adversam fortunam ferre, sich besser in dem Glücke, als in dem Unglücke halten.

7 Per milites mercenarios, durch Söldner. Korinth hatte Ausländer in Sold genommen in dem Kriege gegen Argos und Kleonä; durch diese riß Timophanes die Oberherrschaft an sich.

occupasset, participepsque regni [8] posset esse: tantum abfuit a societate sceleris [9], ut antetulerit suorum civium libertatem fratris saluti, et patriae parere legibus, quam imperare, satius duxerit. Hac mente per haruspicem [10], communemque affinem, cui soror, ex eisdem parentibus nata, nupta erat, fratrem tyrannum interficiendum curavit. Ipse non modo manus non attulit [11], sed ne adspicere quidem fraternum sanguinem voluit. Nam, dum res conficeretur [12], procul in praesidio fuit, ne quis satelles posset succurrere. Hoc praeclarissimum ejus facinus non pari modo probatum est ab omnibus. Nonnulli enim laesam ab eo pietatem [13] putabant, et invidia laudem virtutis obterebant [14]. Mater vero post id factum, neque domum ad se filium admisit, neque adspexit, quin eum fratricidam, impiumque detestans, compellaret. Quibus rebus ille adeo est commotus, ut nonnumquam vitae finem facere voluerit, atque ex ingratorum hominum conspectu morte decedere.

8 Particeps regni etc., Timophanes wollte ihm Theil an der Oberherrschaft geben.

9 Abest a societate sceleris, er macht keine Gemeinschaft mit Verbrechern.

10 Haruspex, von dem etruszischen Haruga (Schlachtopfer), der Beseher des Eingeweides eines Schlachtopfers. Dieser Haruspex soll Satyros geheißen haben.

11 Ipse non modo manus non attulit, er selbst legte dabei nicht nur keine Hand an, — intulit. Sein Schwager hieß Aeschylos.

Doch sagt Diodor, Timoleon habe eigenhändig seinen Bruder auf dem Markte getödtet; hierüber sei ein Volksaufruhr entstanden, da einige für, andere gegen diesen Mord stritten, bis man endlich überein kam, die Sache förmlich in einer Versammlung zu entscheiden. Während der Berathschlagung kamen syrakusische Gesandte, welche einen Feldherrn verlangten, wozu Timoleon vorgeschlagen wurde, welcher mit dem Bescheide abging, daß die Ausführung dieser Sache sein Urtheil bestimmen würde. Plutarch erzählte es auf die in dem Texte angegebene Art, und ihm ist, wie gewöhnlich, Nepos gefolget.

12 Dum res, — caedes fratris, während man diese That ausführte.

13 Laesam pietatem etc., einige glaubten, er habe gegen die Bruderliebe gesündiget.

14 Laudem virtutis obterere, den Ruhm einer großen That herabsetzen.

CAPUT II.

Inhalt.

Timoleon vertreibet den Tyrannen Dionys, und kämpfet glücklich gegen die Karthager.

